ens: de quo philosophus ꝑncipaliꝫ tractat in libro ꝑoꝝ. indifferenter procedit tã ex veris q̃ ex falsis: tã ex affirmatiuis q̃ ex negatiuis: ideo ibi expressam mentionẽ fecit de dici de omni: ⁊ de dici de nullo simul. ¶Considerandum vlterius est. 4°: qꝫ dici de omni: ⁊ dici de nullo: sunt hoc modo principia regulatiua syllogismoꝝ: qa per dici de omni: intelligit̃ ista maxima. Quicqd dicitur de subo distributo: dicit̃ etiã de qolibet suppposito eius sumpto sub ipso. per quã possunt ꝓbari omnes syllogismi affirmatiui. vt facto isto syllogismo. Omne aial currit. Omnis homo ẽ animal. Ergo omnis homo currit. Ibi: currit in maiori: dicit̃ de animali distributo. Ergo affirmat̃ de qolibet suppposito animalis. Sed homo in minori subsumitur sub animali. Ergo currit de homine predicat̃. Et similiter per dici de nullo: intelligat̃ ista maxima. Quicqd negat̃ de subiecto distributo: negat̃ etiã de qolibet suppposito eius. Et per istã maximã ꝓbant̃ omnes syllogismi negatiui: sicut affirmatiui ꝑ aliã. Unde omnes syllogismi pfecti qui sunt directe cõcludentes in prima figura ꝑ se ꝑmo regulantur ꝑ dici de omni ⁊ per dici de nullo. Sed alij syllogismi impfecti regulant̃ per hec indirecte. ⁊ ex ꝯsequenti: inquãtũ reducunt̃ ad syllogismos pfectos. ¶Sed instabat discipulus. Illaz nulla regula ꝛgredit̃ suũ regulatũ: nec est de cõpositione eius. Sed dici de omni: ⁊ dici de nullo ingrediunt̃ compositionem syllogismi: qꝛ in omni ꝓpositione affirmatiua ⁊ vniuersali: est dici de omni: ⁊ in vniuersali negatiua: est dici de nullo. Ergo ipsa nõ sunt principia regulatiua syllogismoꝝ. ¶Dicendũ qꝫ licet dici de omni: ⁊ dici de nullo: ꝑ accidens ⁊ virtualiter ingrediant̃ cõpositionem syllogismi: tãq̃ dispositiones materie eius: inq̃tũ aliqua premissarũ est vniuersalis: nõ tamen ingrediunt̃ per se: tãq̃ ptes materiales actualiter cõponentes syllogismũ. Et nõ est incõueniens qꝫ regula alicuius virtualiter: vel per accidens ingrediat̃ compositionẽ ipsius regulati: vt etiã inferius declarabit̃. ¶Ad primũ igitur dicendũ qꝫ licet ista ꝓpositio homo est risibilis: nõ sit vniuersalis ſm modũ enũciandi: est tamen vniuersalis ſm rem significataz: quia licet ibi predicatũ non dicat̃ de subiecto ⁊ de qualibet suppposito eius vniuersaliter ſm modũ enũciandi ⁊ in actu ꝑ signũ vniuersale oũ tamen de eo vniuersaliter ſm rẽ ⁊ in aptitudine. Ideo ibi nõ est dici de omni ꝓxisticũ: sed posterioristicũ. ¶Ad secũdũ ꝑz solutio ex dictis in scõo notabili. ¶Ad tertiũ dicendũ sicut ad primũ. ¶Ad quartũ dicendũ qꝫ in ista ꝓpositione. Omnis homo currit: homo solũ ibi distribuit̃ ꝓ oĩbus ꝑsentibus: ad quos restringit̃ rõne illius verbi presentis tẽporis: currit. Et de illis non est aliqd accipere sub subiecto: de quo nõ dicat̃ predicatũ. Unde Adã: ⁊ Antichristus nõ ꝓtinent̃ sub homine ibi ꝓ ꝑsentibus distributo vt patet. ¶Ad quintũ dicendũ qꝫ licet pes: vel caput equi possit subsumi sub equo: tãq̃ pars integralis eius: nõ tamen tãq̃ pars subiectiua eius: ⁊ tãq̃ suppositum eius. De qua subsumptione est solũ hic ad propositũ in dici de omni. ¶Similiter ad dici de nullo presupponit̃ qꝫ possit aliqd subsumi sub subiecto: ⁊ qꝫ a qolibet suppposito eius remoueat̃ predicatũ. Unde sub sorte simpliciter nihil ẽ subsumere: eo qꝫ nõ habet suppositũ. Ideo si sic arguat̃. In ista ꝓpositione. Sortes non currit: nihil est subsumere sub subiecto: a quo nõ remoueat̃ predicatũ. Et tamen ibi nõ est dici de nullo: cũ sit ꝓpositio singularis. Ergo diffinitio ꝙuenit alijs a diffinito. ¶Dicendum qꝫ in ista ꝓpositione. Sortes nõ currit: non est dici de nullo: eo qꝫ sortes nõ habet suppposita.

¶Questio.15.de modis perscitatis ⁊ est lectio.10.sancti doctoris. Lec.10.

Deinde considerandũ restat de his
d que predicant̃ per se: ⁊ de
modis perscitatis. ¶Circa qõ queruntur duo. ¶Primo vtrũ quattuor modi pscitatis sint in textu cõuenienter a philosopho assignati. ¶Secũdo vtrũ secundus ⁊ quartus modus perscitatis reperiant̃ in cõclusione: ⁊ in minori premissa demonstrationis.

¶Sequit̃ in ꝓho ⁊ in doctore sancto. (Uider se aũt.)

¶Articulus primus.

Primum sic procedit̃. Uidetur qꝫ modi ꝓ-
a scitatis quattuor: nõ sint ꝙuenienter in textu a philosopho assignati. Illã tripliciter solũ. dicit̃ aliquid predicari per accidens: vt patet infra: ⁊ in.5°. metaphysice. vz. quãdo subiectũ predicatur de accidente. ⁊ accidens de subiecto: ⁊ accidẽs de accidẽte. Ergo tripliciter tm̃ aliquid dicit̃ per se. Et per ꝙsequens male ponunt̃ quattuor modi perscitatis. Illa tet cõsequentia: qꝛ tot modis dicit̃ vnũ oppositoꝝ. quot modis dicit̃ ⁊ reliquũ vt patet ꝑ° topicoꝝ. ¶Preterea quãdo accidens predicat̃ de subiecto: est predicatio per accidens: vt in argumento ꝑcedenti assumptũ est. Sed hic. Homo est risibilis: predicat̃ accidens de suo subo. Ergo est ibi ꝑdicatio ꝑ accns. Et tm̃ subm ibi est de diffinitione ꝑdicati: qꝛ subm est de diffinitione ꝓprie passionis: vt ꝟ. ⁊ in.7°. methaphysice a ꝓho dicit̃. Ergo scõs modus pscitatis est incõuenienter assignatus. ¶Preterea ista ꝓpositio est per se de 2° modo pscitatis. Sortes est risibilis. Et tamen subiectũ ibi nõ est de diffinitione predicati. Homo.n.cõmune: non est de diffinitione magis cõmunis. Ergo ꝓtra secũdũ modũ. ¶Preterea ista est per se. de secundo modo perscitatis. Homo est animal: cũ non sit per se. primo modo: qꝛ predicatuz primo non cõuenit subiecto: cũ sibi ꝙuertibiliter nõ conueniat. Et tamen subiectũ non est de diffinitione predicati: sed potius ecõtra. Ergo idem qõ ꝓius. ¶Preterea illud qõ accidit alteri: non conuenit sibi per se. Sed calefacere accidit igni: cum nõ sit de essentia eius. Ergo ista ꝓpositio nõ ẽ per se. Ignis calefacit per calorez. Et per ꝙsequens quartus modus perscitatis est insufficiẽs. ¶Preterea illud qõ est per aliud: nõ est per se. Prima antẽ substãtia. vt Sortes. est per aliud. videlicet per causas tam intrinsecas q̃ extrinsecas. Ergo prima substantia non est per se: qõ est contra tertiũ modũ perscitatis. ¶Preterea a prima substãtia nulla est predicatio vt patet per porphyriũ. Ergo prima substãtia nõ potest dici per se: qꝛ dici. idem est qõ predicari: vt patet in predicamentis. Et sic idez qõ ꝓius. ¶Preterea ista est ꝑ se. Homo est homo: cũ non sit per accidens. Et tamen nõ est in aliquo quattuor modoꝝ perscitatis: vt patet discurrendo per oẽs. Ergo tales modi nõ sunt sufficienter assignati. ¶Preterea philosophus in.5° methaphysice. capᵒ 9° per se: sufficienter determinat de modis perscitatis. Ergo supflue de eis hic determinat. ¶Sed cõtra est philosophus in textu ibi. Uider se autẽ sunt quecunqz in eo quod quid est: vt triangulo ineſt linea. ⁊ linee punctum ⁊c. ¶Rñ. dicendũ qꝫ istud est secundũ capitulum huius secũdi tractatus. In quo philosophus determinãdo de modis perscitatis. ponit duas ꝙclusiones. Quarũ prima est: qꝫ tantũ sunt quattuor modi pscitatis. Ex qua infertur ꝙclusio responsiua ad quesitũ. Secũda conclusio est. qꝫ in cõclusione demonstrationis est secundus ⁊ quartus modus pscitatis. de qua in sequenti articulo videbitur. ¶Prima ergo conclusio talis est. Tantũ sunt quattuor modi pscitatis. Que probat̃ a philosopho tali ratione: ſm doctorẽ sanctum. Illã illa propositio per: aut dicit solitudinẽ. aut dicit habitudinem alicuius cause. Si primũ: sic est tertius modus. Si secundũ: hoc est dupliciter: qꝛ vel dicit habitudinem cause extrinsece: vel cause intrinsece. Si primũ: sic est quartus modus. Si secundum: hoc est dupliciter: quia vel dicit habitudinẽ cause formalis. Et sic est primus modus. Uel dicit habitudinem cause materialis in qua. Et sic est secũdus modus. ¶Ex quo patet ꝙclusio responsiua ad quesitũ. videlicet qꝫ modi pscitatis quattuor. ꝙuenienter assignantur hic a

philosopho: cū nō sint plures neq; paucio:es. ¶Consi/derandū autē est hic p̄imo. p:o declaratione p̄cedentiū ſm philosophū in textu: ⁊ ſm doct:ē ſanctū in p:esenti lectione: q; primus modus pſcitatis est: quādo predica/tum est de diffinitione qditatiua vel essentiali ipſius sub/iecti. vt homo est aīal: homo est rationalis: ⁊ sic de simi/libus. Sed scōs modus per se est: quādo subiectuz est de diffinitione predicati. vz. quando ꝓp̄ria passio predi/catur de suo ꝓp̄io subo: aut de inferio:i eius. vt homo est risibilis: equus est inhibilis ⁊c̄. Tertius vō modus qui dicit modus per se essendi: est quādo aliquid per se existit. ⁊ nō in alio: sicut accidens in subo: vel sicut supe/rius in suo inferio:i. Et isto modo q̄libet prima substan/tia dicit p se. s. solitarie. Sed quartus modus pſcitatis qui dicit modus causandi: est quādo aliqd attribuit per se alicui effectiue inq̄ntū tale: ⁊ nō per accidens: sicut me dicus per se sanat: q: sanat inq̄ntū medicus: ⁊ nō inq̄ntū albus vel musicus. Simil'r interficiens per se interficit: q: inq̄ntū interficiens est hoc facit. ¶Ex predictis patet ꝙ quattuo: sunt modi pſcitatis: quoꝝ duo primi modi: sunt modi dicendi per se. Tertius vō est modus per se essendi. Quartus aūt est modus per se causandi effecti/ue. Non igit̄ sunt q̄ttuo: modi dicendi p se: sed duo tā/tum: licet quattuo: sint modi pſcitatis. ¶Patet etiā ex predictis ſm philosophū in textu: ꝙ qcqd predicatur: ⁊ non predicat altero duoꝝ primoꝝ modoꝝ: predicatur p accidens: ⁊ nō per se. Cum aūt omnia accidentia cōmu/nia: de prima substātia predicent̄: ⁊ nō altero illoꝝ duo/rum modoꝝ: relinquit̄ ꝙ predicent̄ de ea p accidens. ¶Considerandū vlterius est scō: ſm doct:em sanctū in scō de anima lectione. 14. vbi sic ait. ¶Per se aūt di/citur dupliciter. Uno enim modo dicit̄ ꝓpositio per se: cuius predicatum cadit in diffinitione subiecti: sicut ista. ¶Homo est aīal. Animal enim cadit in diffinitione homi/nis. Et q: id qō est in diffinitione alicuius: est aliquo mō causa ei: in his que sic per se dicunt̄: predicatuz est causa subiecti. Alio modo dicit̄ ꝓpositio per se: cuius ecōtra rio subiectū ponitur in diffinitione p̄dicati: sicut si dicat̄: nasus est simus: vel numerus est par. Simus enim ni/hil aliud est q̄ nasus curuus. Et par nihil aliud est q̄ nu/merus medietatē habens. Et in istis subiectuz est causa predicati. Intelligendū est ergo: ꝙ color est visibilis per se scō modo: ⁊ non primo. ¶Nam visibilitas est quedā passio. Et hoc est qō dicit: ꝙ color est ſm se visibile: non ratione. i. nō ita ꝙ visibile ponat̄ in eius diffinitione: sed q: in seipso habet causam vt sit visibile: sicut subiectū in seipso habet causam ꝓp̄rie passionis. qō ꝓbat per hoc. ꝙ omnis color ē motiuus dyaphani ſm actū. ¶Hec ille. ¶Considerandū vlterius est: tertio. ꝙ in primo modo dicendi per se: aliqd dicit̄ per se primo. vt homo est ra/tionalis. Et aliqd dicit̄ per se non primo: sed per se scō. vt sortes est rationalis. ¶Illud aūt dicit̄ predicari per se primo. in primo modo: qō conuertibiliter predicat̄ de ali/quo: ⁊ est de diffinitione eius. Sed illud dicit̄ predicari per se nō primo: sed per se scō: in primo modo: quādo predicatū est de diffinitione subiecti. nō tamen de eo cō uertibiliter predicatur. vt homo est substātia. Similiter idem dicendū est de scō modo dicendi per se. ¶Nā ali/quid predicat̄ per se primo: in scō modo: vt homo est risibilis. Aliquid vō predicatur per se nō primo: sed per se scō: in scō modo. vt sortes est risibilis. Quādocūq; ergo accidens ꝓpriū predicatur conuertibiliter de suo ꝓ/p̄io subiecto: tūc predicat̄ per se primo: in scō modo. Quando vō predicatur de inferioribus subiecti: ⁊ non cōuertibiliter: predicat̄ per se nō primo: sed per se scō: in secūdo modo dicendi per se. ¶Ad primū igit̄ dicen/dum ꝙ tot modis dicit̄ vnū oppositoꝝ: quot modis di/citur ⁊ reliquū: tenet tantū in oppositis: in quibus est ea dem ratio multiplicationis: videlicet. dūmodo vtrunq; oppositoꝝ diuidatur per differentias aut ſpecies imme/diatas: ⁊ hoc potissime loquendo de vere ⁊ ꝓp̄rie oppo

fitis: ſm doct:ē sanctū in. 22ª. q. 92. ar. 2. ad primū. Di/uisio aūt ipsius per se: ⁊ per accidens: nō est per differē/tias immediatas vel per ſpecies immediatas: neq; inter ea est eadē ratio multiplicationis: neq; etiā vere ⁊ ꝓp̄rie op ponunt̄. Unde ratio non sequit̄. ¶Ad scōm dicendum ꝙ quādo accidens cōmune: siue accidens per accidens: predicatur de subiecto inhesionis: est p̄dicatio per acci/dens: vt dictū est in primo notabili. ¶Nō aūt quādo acci dens ꝓpriū predicat̄ de aliquo subiecto inhesionis: si/cut risibile. Unde ratio laborabat in equoco. ¶Ad ter/tium dicendū ꝙ illa p̄dicatio est per se secūdo ⁊ nō pri/mo: in scō modo. Unde nō oportet ꝙ subiectū ponat̄ in diffinitione p̄dicati: sed sufficit ꝙ supius eius. s. homo ponat̄ in eius diffinitione. ¶Ad quartū dicendū ꝙ ista ꝓpositio: homo est animal: est in primo per se secundo: sed nō primo. Aliud enim est predicari per se primo: ⁊ aliud p̄dicari per se scō ⁊ nō primo: in primo modo: vt declaratū est in tertio notabili. ¶Ad quintū dicendū ꝙ licet calefacere accidat igni cōsiderato ſm se. s. vt ignis ē substātia tantū. ⁊ in sensu diuiso: nō tamen sibi accidit: vt calefaciens est: ⁊ in sensu cōposito. ¶Vel dicendū ē fa/cilius: ꝙ ista predicatio ignis calefacit: nō est predicatio per se. licet calefactio per se ꝓueniat igni: q̄ntū ad causali/tatem: nō tamen sibi ꝓuenit per se: q̄ntum ad predicatio nem. Unde bene dictum est: ꝙ ille quartus modus: est modus per se causalitatis: ⁊ non predicationis per se. ¶Ad sextū dicendū ꝙ per se accipitur dupliciter. Uno modo vt distinguit̄ cōtra esse ab alio: aui cū alio: aut per aliud. Et isto modo nō accipitur hic in ꝓposito: vt bene voluit argumentū. Alio modo accipit̄. vt distinguit̄ cō/tra esse in alio. sicut accidens in subiecto: aut sicut supe/rius in suo inferiori. Et isto modo substātia prima est p se: vt in proposito accipit̄. ¶Ad septimū dicenduz ꝙ li/cet prima substātia nō predicetur ordinate ⁊ directe per se de aliquo alio: tamen per se est ⁊ existit. Dictū ē enim ꝙ ille tertius modus, est modus per se essendi. ⁊ non p̄dicandi. ¶Ad octauū dicendū ꝙ ista ꝓpositio: homo est homo. est virtualiter in primo modo dicendi per se: q: subiectū non potest intelligi cōceptu quiditatiuo: sine predicato: licet non sit in primo modo formaliter: cū idē non sit in seipso. ¶Ad vltimū dicendū: negando ꝯsequē tiam: quia philosophus quīto metaphysice determinat de per se. inq̄ntum est ꝓditio entis inq̄ntum ens. ¶Hic vō determinat de p se. inq̄ntum regulat̄ eo demonstrato: ⁊ in sua demonstratione vtitur eo. ¶Non est aūt inconue/niens ꝙ idem diuersis rationibus in diuersis scientijs cō sideretur.

¶Sequitur in philosopho ⁊ doc. s. ibi. (Que vō di/cuntur in simpliciter ⁊c̄.)

¶Articulus secundus.

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ in cōclusione demonstrationis. non sit secun/dus ⁊ quartus modus perscitatis. ¶Nam distincta ⁊ opposita. non reperiunt̄ in eo/dem. Sed secūdus ⁊ quartus modus perscitatis. sunt distinct ab inuicem: cum sint membra diuidentia. Ergo non reperiunt̄ simul in conclusione. ¶Preterea in mi/nori p̄missa. non reperiuntur illi duo modi. Ergo pari ratione nec in ꝯclusione. cum non sit maior ratio de vno q̄ de alio. Alias detur. Ergo ⁊c̄. ¶Preterea in cōclu/sione predicatur propria passio de proprio suo subiecto. Sed subiectū non est causa passionis. Ergo cū quartus modus sit modus causalitatis. vt dictuz est. sequitur ꝙ quartus modus nō reperiatur in ꝯclusione demonstra/tionis. ¶Maior patet. Sed minor probatur. ¶Nā quādo aliqua duo simul generant̄: vnū non est causa producti/ua alterius: cū productio non sit: nisi in tēpore. Sed sub/iectū ⁊ ꝓp̄ria passio simul generant̄. Ergo ⁊c̄. ¶Pre/terea effectus non potest predicari in recto de sua causa efficiente vniuoca. Unde ista est falsa. Domificator est

a

domus. Sed propria passio p̄dicatur in recto ō suo subiecto: vt hic. homo est risibilis. Ergo subiectum non est causa passionis. Et sic idem q̄ prius. ¶ Sed contra est philosophus in textu ibi. Que vo dicuntur in simplicit scibilibus per se sunt ineſſe ꝛc̄. ¶ Rñ° dicendum q̄ secūda conclusio huius capitulī que est responsiua ad quesitum est ista. Conclusio demōstrationis ꝓpter quid. vz in qua concluditur demonstratiue ꝓpria passio de suo proprio subiecto: est in scōo ꝛ quarto modo persciatis ¶ Preterea pars huius conclusionis sic pz. Nam subiectum est de diffinitione predicati. vz proprie passionis Ergo conclusio illa est in scōo modo dicendi per se. Datet consequentia per locum a diffinitione ad diffinitum. ¶ Secūda pars eiusdem sic pz. Nam subiectum est causa actiua per se passionis. vt patet 7° methaphysice. ergo est in q̄rto modo persciatis. ¶ Sed instabat discipulus ꝓmo. Nam subiectum ē cā materialis ipsius passionis: cum passio sit in eo subiective. Ergo non est causa eius effectiua. Datz consequentia: quia materia ꝛ efficiens non coincidunt. vt pz secūdo physicorum. ¶ Secūdo nam essentie predicamentorum sunt impermixte. Ergo subiectum non est causa ꝓprie passionis: cum subiectum ꝛ propria passio sint res diuersorum p̄dicamentorum. ¶ Tertio. nam idem non est cā sui ipsius: p̄sertim effectiua. sed subiectum ꝛ propria passio sunt idem realiter: quia 4° methaphysice eadē generatione generantur ꝛ eadem corruptione corruūpunt. ergo ꝛc̄. ¶ Quarto: nam eclypsis lune est passio lune: cum de ipsa sit demonstrabilis. Et tamen luna non ē cā eclypsis. sed interpositio terre inter solem ꝛ lunam. ergo ꝛc̄. ¶ Dicendum ad primam instātiam q̄ subiectum ē causa effectiue ipsius passionis ꝛ mālis: pro cuius declaratione considerandum est primo q̄ duplex est materia .s. materia ex qua aliquid fit. vt paries dicit materia domus. Alia est materia ī qua aliquid est subiective. vt aīa dicitur materia in qua ipi° scientie: ꝛ paries ipsius albedinis que est in eo subiective. Materia igitur ex qua nō potest dici causa efficiens eius cuius est materia. sed materia in qua bene potest dici causa efficiens. Subiectum autem dicitur materia in qua siue passionis ꝛ non materia ex qua. Unde pōt esse causa effectiua ꝛ mālis ipsius passionis. Et sic pz solutio ad primā instāntiam. ¶ Sed replicabat idem discipulus cōtra hoc. Nam causa efficiens tempore p̄cedit suum effectum. sed subiectum non p̄cedit tempore suam passionem ꝓpriam. ergo non ē ei° causa efficiens. ¶ Pro quo ꝛsiderandū est scōo q̄ duplex est causa efficiens. Nam quedā est que ꝓducit suū effectum per realem transmutationem sicut ignis dicit causa effectiua caloris aque. Alia est causa efficiēs que ꝓducit suum effectum per naturalem concomitantiaz. vz quia ad ipsam necessario sequitur suus effectus: ꝛ ipsa posita vel remota: necessario ponitur aut remouetur effectus. Causa igitur efficiens primo modo dicta tempore p̄cedit suum effectū: nō autem scōo modo sumpta. Quo quidem modo subiectum est cā efficiens ipi° passionis: vt pz per doctorē sanctū in ꝑma pte. q. 77. ar. 6. ad scōm. vnde illa replica° laborabat in equoco. ¶ Cōsiderandum est tertio q̄ predicamenta esse impermixta potest itelligi dupliciter. Uno modo formaliter siue essentialiter. Et sic essentie p̄dicamentorum sunt impmixte quia vnum predicamentum non est causa formalis alterius: vt clarius in summulis declaratuz est. Alio modo potest intelligi effectiue. Et sic essentie predicamētorum non sunt impermixte: quia vnum est causa effectiua alterius. vt pz de substantia respectu accidētis in septio methaphysice. ¶ Et per hoc pz solutio ad scōam instantiā ¶ Dicendum ad tertiam instantiam q̄ subiectuz ꝛ propria passio realiter differunt. Et lz generentur eadē generatione: non tamen eodem modo: quia subiectum generatur sicut id quod generatur ꝛ per se ꝛ ꝑmo. sed ꝓpria passio generatur per aliud ex naturali consequentia ꝛ cō comitaitue. ¶ Dicēdum ad quartā instantiaz q̄ nō oēs passiones causantur a suis subiectis. sz solū ille que sunt operationes subiecti: vel necessario consequentes illas opationes ꝛ ipsum subm. Eclypsis aūt non est propria passio lune: neq; eam necessario cōsequitur. Unde ratio non sequitur. Aliud tamē est de eclypsabili: vt infra patebit. ¶ Considerandum ē tamen hic sm pbm in textu: q̄ passiones sunt in duplici differentia. Nam quedā sunt que simplr predicantur de suis subiectis: sicut risibile predicatur de homine. Quedam vo predicantur disiunctim: vt par vel impar de numero. ¶ Ad primū igitur dicendum q̄ predicti modi distinguuntur sm rōnē vnde nō est incōueniēs q̄ vna propositio sm rem collocetur in diuersis modis persciatis sm tamen diuersas rationes. ¶ Ad scōm dōm negando consequentiaz q̄ ibi in minori subm nō est causa predicati demonstrando in prima figura: q̄ diffinituz non ē causa effectiua diffinitionis. vnde non est simile de minori ꝛ conclusione. ¶ Ad tertium ꝛ ad quartū pz solutio per ea que dicta sunt in secundo notabili.

¶ Questio. 19. de vniuersali siue sm q̄ ipsum ꝛ est lectio. 11. sancti doctoris. Lec. 19.

Onsequēter determinādus est de ipō vniuersali posteriorístico. ¶ Circa q̄ō q̄runt duo. ¶ Primo vtrū diffinitio vlis a pbo sit sufficienter assignata. ¶ Scōo vtrū cōclusio ipsius demonstrationis sit vlis vel non. ¶ Sequitur in pbo ꝛ in doctore sancto. (Ule dico). c

¶ Articulus primus.

P primum sic ꝓcedit. Uidet q̄ diffinitio ipsius vlis q̄ tāgit in textu nō sit sufficiens: in qua dicitur. Uniuersale ē quod ineſt de omni ꝛ de per se: ꝛ sm q̄ ipm. Nam animal est vniuersale: cum sit genus: vt pz in porphyrio. Et tamen animal nō ineſt suis inferioribus sm q̄ ipsum: cum non conuertibiliter predicetur de ipsis. ¶ Preterea album ē vniuersale ꝛ predicabile quod est accidens: vt ibidem pz. Et tamen album non ineſt per se. Ergo diffinitio mala. a

¶ Preterea vle vel sumitur pro propositione vniuersali: vel ꝑ termino vli. Si ꝓmum: sequitur q̄ predicta diffinitio non est sufficiens: q̄ sic hec propositio est vlis: oīs homo currit. Et tamen ista non est predicatio per se Si scōm etiam idem sequitur: q̄ homo respectu sortis est terminus vlis. Et tñ non conuenit sorti sm q̄ ipsuz: cum nō cōuertibiliter p̄dicetur de eo. ergo ꝛc̄. ¶ Preterea ipsius vlis est alia bona diffinitio a porphyrio data. Ergo ista est insufficiens. ¶ Sed ō est pbus in textu ibi: vle dico quod est de omni de per se ꝛ sm q̄ ipsum ineſt. Manifestum est igitur q̄ quecunq; vlia sunt: ex necessitate insunt ꝛc̄. ¶ Rñ° dōm q̄ istud est tertiū capitulū huius scōi tractatus: in quo ponunt due conclusiones. Quaz ꝓma est responsiua ad quesitum. vz q̄ diffinitio vlis est bene assignata: Scōa est q̄ per se loquēdo ꝛ proprie cuiuslibz demonstrationis conclusio ē vlis De qua in sequenti articulo tractabitur. ¶ Est ergo ꝑma conclusio talis. Diffinitio ipsius vlis in textu posita est bene assignata: in qua dicitur. Ule est quod est de oi per se ꝛ sm q̄ ipsum. Que conclusio probatur tali rōe pbi elicitue. Nam vle est quod primo predicatur. i. qō non muenitur extra subiectum: neq; econuerso. Sed eē tale predicatum ineſt de omni per se: ꝛ sm q̄ ipm. Ergo predicta diffinitio est sufficiens: q̄ explicat totam naturam vlis: ꝛ omni contento sub ipso conuenit ꝛ sibi ꝛ soli. ¶ Sed instabat discipulus dupli. Primo q̄ pbs in textu dicit q̄ per se ꝛ sm q̄ ipsum sunt idem. Ergo predicta diffinitio est negatoria: cum bis idē repetat. Et sic est insufficiens. Scōo q̄ animal predicatur de boie

tanq̄ de omni de per se: ⁊ fm q̄ ipsum: cum de eo predicetur imediate. Et tamen animal nō est vniuersale respectu hominis: cū sibi conuertibiliter non conueniat: siue primo: aut adequate: vt etiam in primo argumento adductum est. ergo ⁊c̄. ¶ Patet ꝓ quo considerandū est primo: q̄ aliqua sunt idem fm rem ⁊ rationem simul: sicut tunica ⁊ indumentū ꝓ eodem accepta. Et talia si simul ponant̄ in diffinitione: causant nugationem. Alia vō sunt que sunt idem fm rem: ⁊ tamen differunt fm rationē: sicut superius ⁊ inferius: vt animal ⁊ homo. Et talia si simul ponantur: non causant nugationem. Per se vō: ⁊ fm q̄ ipsum: sunt idem fm rem: ⁊ differunt fm rationem: sicut superius ⁊ inferius: vt supra. q. 14. ar. p̄°. in 2° notabili declaratum est. Unde in predicta diffinitione nulla est nugatio. Ex quo etiā patet solutio ad primā instantiam discipuli. ¶ Sed cōtra hoc replicabat idem discipulus. Nam animal ⁊ homo differunt fm rationez: sicut superius ⁊ inferius. Et tamen causant nugationez cum sic dicitur. homo animal. Ergo male dictum est: q̄ illa que differunt fm rationem: dūmodo sint idem fm rem: non causant locutionem nugatoriam: si simul ponā tur. ¶ Diendum q̄ superius ⁊ inferius possunt dupliciter ordinari in aliqua locutione. Uno modo: preponendo inferius suo superiori. Et isto modo causatur nugatio vt accidit in proposito. Alio modo postponendo inferius suo superiori. Et sic non causatur nugatio. Unde replica nulla. ¶ Considerandū vlterius est 2°: q̄ aliud est predicari de aliquo imediate: ⁊ aliud est p̄dicari fm q̄ ipsum: q: predicari fm q̄ ipsum: est predicari de aliquo adequate: seu cōuertibiliter: seu p̄°: ita videlicet q̄ predicatum non reperiatur extra subiectum: neq; econuerso: vt homo est risibilis: homo est rationalis: ⁊ sic de similibus. Non enim omne qō predicatur de aliquo imediate: predicatur adequate: siue conuertibiliter. Licet ergo animal predicetur de homine imediate: non tamen predicatur vniuersaliter: ⁊ fm q̄ ipsum. Unde patet solutio ad secundā instantiā discipuli. ¶ Patet etiam q̄ aliqua ꝓpositio potest esse de fm q̄ ipsum: non tamen erit imediate imediatione causalitatis: vt homo est risibilis. Aliter ipsa non posset demonstrari. Et ecōtra aliqua propositio potest dici imediata imediatione subiecti: que tamen nō erit vniuersalis: siue fm q̄ ipsum: vt homo est animal. Cum enim animal sit predicabile proprie dictuz respectu hominis: predicatur imediate de eo. Non tamen predicatur de eo vniuersaliter. ⁊ fm q̄ ipsum posterioristice loquendo: cū excedat ipsum. ¶ Sed contra hoc instabat discipulus. Nam animal predicatur de homine cū signo vniuersali: accepto vniuersaliter: dicendo. Omnis homo est animal. Ergo de eo predicaᷓ vniuersaliter. ¶ Dicēdū q̄ vniuersale potest accipi tripliciter: vt ad propositum sufficit. Uno modo absolute logice loquendo: videlicet accipiendo vniuersale pro termino cōmuni qui aptus natus est esse in multis vnioce. Et isto modo accipitur vniuersale in libro predicabiliū porphyrij. ⁊ in libro predicamentoz̄ phi. Alio modo accipitur vniuersale prioristice: videlicet pro proportione vniuersali. vt ista propositio dicitur vniuersalis. Omnis homo currit: siue omnis homo est animal: q: fm modū enunciandi est vniuersalis: cuz subijciatur in ea terminus cōmunis signo vniuersali determinatus. Et isto modo accipitur vniuersale in libris priorum ⁊ libris perihermenias phi. Tertio mō accipiᷓ vniuersale posterioristice: videlicet pro aliquo predicato: quod fm quādam adequationem predicatur de subiecto: ita videlicet q̄ predicatum non inueniatur extra subiectum: neq; econuerso: vt dicit hic doc. s. Et isto modo accipitur vniuersale in presenti passu. ¶ Licet ergo animal predicaᷓ vniuersaliter de homine: duobus primis modis: nō tamen tertio modo. Unde illa instantia ⁊ etiam primū argumentum laborabat in equiuoco. ¶ Ex predictis igitur patet: q̄ p̄dicari primo: predicari adequate: predicari per se cōuertibiliter: predicari fm q̄ ipsuz: ⁊ predicari vniuersaliter postea accipiuntur in proposito pro eodē. ¶ Patet etiā 2°: q̄ aliqua propositio potest dici vniuersalis: sine signo vniuersali: posterioristice loquendo. vt ista. homo est risibilis: sine homo est rationalis. Similr per oppositum: aliqua ꝓpositio potest dici particularis: eodē modo: videlicet posterioristice loquendo: in qua tamen ponit̄ subiectum cōmune: cuz signo vniuersali: vt ista. Oīs homo est sensibilis: nō est vniuersalis: sed particularis: cū p̄dicatū subiecto non conueniat cōuertibiliter: siue adequate: licet in ea ponatur signū vniuersale ad subiectū. ¶ Ad primū igitur ⁊ ad alia argumenta patet solutio ex dictis: si debite ⁊ diligenter cōsiderent̄ ⁊ applicent̄.

¶ Sequit in pho ⁊ doc. s. ibi. Deinde cū dicit. Et demonstratio p se huius vlis est ⁊c̄.

¶ Articulus secūdus.

D secundum sic proceditur Uidet̄ q̄ cōclusio demōstrationis: non sit vniuersalis. Nā infra ostendit philosophus: aliquā demōstrationē esse particularē. videlicet que concludit conclusionē particularē. Ergo conclusio demōstrationis non semp est vniuersalis. ¶ Preterea ista est conclusio demōstrationis propter quid: homo est risibilis: cū ibidem predicetur ꝓpria passio de ꝓprio subiecto. Et tamen nō est vniuersalis: cuz sit indefinita. Ergo ⁊c̄. ¶ Preterea si conclusio demōstrationis esset vniuersalis: hoc esset q: in ea demonstratur propria passio de ꝓprio subiecto. Sed consequens est falsum. Quod sic patet. Nam passio imediate predicatur de suo ꝓprio subiecto. cū sit predicabile. Ergo passio non potest demōstrari de suo subiecto: cum nulla propositio imediata sit demonstrabilis. Aliter propositio imediata esset mediata. Ergo ⁊c̄. ¶ Sed contra est phūs in textu ibi. Et demōstratio per se huius vniuersalis est. Aliquoz aūt quodā modo: sed non per se ⁊c̄. ¶ Rñ. dicendū q̄ secunda cōclusio huius capituli est: q̄ proprie ⁊ per se loquēdo: cōclusio demōstrationis est vniuersalis. Que probatur tali ratione phi. Nam proprie ⁊ per se in demonstratione propter quid demonstratur propria passio de ꝓprio subiecto. Sed propria passio conuenit vniuersaliter proprio subiecto. videlicet adequate: ⁊ cōuertibiliter: ⁊ primo. vt supra declaratum est. Ergo conclusio demonstrationis per se loquendo: est vniuersalis. ¶ Sed instabat discipulus. Nam propria passio aliquando demonstratur de inferioribus subiecti: vt puta: haberes tres: de isoscele. Ergo non semper demōstratur propria passio de suo proprio subiecto. ¶ Dicendū q̄ propria passio non demonstratur de inferioribus subiecti nisi inq̄ntum illa habent reduci ad proprium subiectum passionis: vt dicit hic doc. s. Unde reductiue: propria passio potest demōstrari de inferioribus subiecti. Tamen solū per se ⁊ proprie loquendo demōstratur de proprio subiecto. ¶ Sed replicabat idem discipulus. Nā passio demonstratur per se de inferioribus subiecti. Ergo ⁊ proprie. ¶ Dicēduz q̄ passio demonstratur de inferioribus subiecti per se p̄ alteꝝ: sed non per se primo. Ideo de eis non proprie: ꝛ reductiue demonstratur. ¶ Considerandū autē est hic primo elicitiue ex textu phūs: vt expresse infra deducit: q̄ duplex est demōstratio: videlicet vniuersalis ⁊ particularis. Demonstratio vniuersalis est illa in qua concluditur propria passio adequate de suo proprio subiecto. Que quidem conclusio dicitur vniuersalis vniuersalitate posterioristica. videlicet vniuersalitate adeq̄tionis: siue ponatur ibi signū vniuersale siue nō: vt supra declaratum est. Sed demonstratio particularis est illa in qua concluditur passio de aliquo inferiori ipsius subiecti: cū quo inferiora non conuertitur: vt risibile de sorte. Que quidē conclusio dicitur particularis. i. inadequata. ¶ Cōsiderandū vlterius est 2°: vt ex supradictis colligi potest: q̄ vniuersalitas est duplex. videlicet vniuersali-

tas signi: ⁊ vniuersalitas rei. Uniuersalitas signi dicitur quando aliquod predicatuz de aliquo subiecto predicat cum signo vniuersali: siue ſm rem conueniat sibi vniuersaliter: siue nō. Sed vniuersalitas rei est quando realiter predicatū conuenit subiecto p̄o omnibus suis suppositis. Et talis vniuersalitas est duplex. ¶Nam quedam est vniuersalitas predicationis. videlicet quando predicatū conuenit omnibus suppositis subiecti ſm rem: siue conueniat eis conuertibiliter: siue non. vt homo est animal. Alia est vniuersalitas adequationis ⁊ causalitatis. videlicet quando predicatū per se primo: ⁊ conuertibiliter cōuenit subiecto. vt homo est risibilis. De qua quidē vniuersalitate est hic ad propositū. ¶Sed ¶instabat discipulus. ¶Nā aliquando demonstratur diffinitio materialis: de diffinito demonstratione vniuersali: per diffinitionez formalem: vt supra patuit de diffinitionibus demōstrationis. Ergo insufficienter concessum est. q̄ in qualibet demonstratione vniuersali concluditur vniuersali p̄opria passio de proprio subiecto. ¶Dicendū q̄ quando demonstratur aliqua diffinitio de suo diffinito: talis diffinitio habet modum passionis respectu diffiniti: in ordine ad diffinitionem formalem: que accipitur p̄o medio.

¶Et si queratur. vtrum omnis propositio necessaria sit vniuersalis vniuersalitate posteriorística ⁊ per se. ¶Dicendū q̄ non omnis propositio necessaria est vniuersalis. i. adequata. ¶Hec enim est necessaria in primo modo perfectitatis. homo est substantia. ¶Non tamen est illo modo vniuersalis sed particularis: cum p̄dicatum excedat subiectum. ¶Sed vtrum omnis propositio necessaria: sit per se: hoc magis vertitur in dubiū. ¶Pro quo cōsiderandum est hic ſm Egidium: q̄ duplex est necessitas. ¶Nam aliqua predicata habere necessariā habitudinem ad subiecta: q̄tum ad presens spectat: potest contingere dupliciter: ſm q̄ duplicia p̄incipia possumus assignare. videlicet species ⁊ individui. Si ergo illa necessaria habitudo causetur ex principijs individui: tunc est accidēs inseparabile: ⁊ potest fieri inde propositio de omni: sed illa propositio nō erit per se. Si vō huius necessitas causetur ex principijs speciei: sic huiusmodi propositio non solum erit de omni: sed etiam per se. ¶Ad primū igit̄ ⁊ ad secundum: patet solutio ex dictis. ¶Ad tertium dicendū q̄ licet passio immediate predicetur de subiecto: immediatione predicationis siue subiecti: non tamen immediatione causalitatis. ¶Habet enim causaz in subiecto: per quā potest de eo predicari ⁊ probari. ¶Sed cōtra hic latrabat discipulus. ¶Nam si passio demonstrabitur de subiecto: aut β erit per diffinitionem subiecti: aut per diffinitionem suam. videlicet per diffinitionez passionis. non primū quia diffinitio subiecti ⁊ ipsum subiectū idez sunt. ⁊ per consequens in minori esset nugatio neq; ſm: quia talis diffinitio passionis predicaretur in minori de subiecto: ⁊ per consequens peteretur principium. cum ipsa esset eque vel magis dubia conclusione. ¶Dicendum q̄ talis passio potest demonstrari de subiecto per diffinitionem vtriusq; licet in demonstratione potissima demonstraretur solū p̄ diffinitionem subiecti: vt infra secundo huius declarabitur ⁊ licet diffinitio: ⁊ diffinitum sint idem ſm rem differunt tamen ſm rationem. vnde nulla erit ibi nugatio.

Lec. 12. ¶Questio. 17ª. de erroribus circa vniuersale posterioristicū ⁊ est lectio. 12. sancti doctoris.

Einde ¶Considerandū restat de erroribus qui contingere possunt in acceptione ipsius vniuersalis circa quod queruntur duo. ¶Primo vtrum errores qui contingere possunt in acceptione vniuersalis sint a philosopho sufficienter assignati. Secundo vtrum possit esse aliquod vniuersale genus sub quo sit vna sola species.

¶Sequit̄ i philosopho ⁊ i sancto doctore. (Oportet autem non latere.)

¶Articulus primus.

B primū sic p̄ceditur. videtur q̄ tertia correlaria a philosopho in littera positi non sint sufficiēter assignati. ¶Nā q̄ñ aliqua duo quecunq; quicquid debite demonstrat̄ de vno ⁊ de reliquo: sed omnes partes subiectiue simul sumpte conuertuntur oēs cū toto suo vniuersali: ergo si ppria passio cōuenienter demōstrat̄ de aliquo vniuersali tūc de p̄prio subiecto cōuertibiliter etiā demonstrabit̄ de oibus ptibus subiectiuis simul sumptis ⁊ per cōsequens scōs modus est insufficient̄ assignatus. Scōo preterea de equalentibus idē est indiuiduū sed oēs partes alicuius totius simul sumpte equalent toti: ergo si passio demōstratur de toto demōstrabit̄ debite de oibus ptibus simul sumptis: ergo idē qđ p̄tus. ¶Sed ¶tra est phs in littera ibi. (Oportet aūt nō latere ⁊c.) ¶Rñ. dicēdū q̄ illud est quartū capitulū huius tractatus in quo phs assignat tres errores qui ꝓtingūt in acceptiōe vl̄is posteriorístici. Quoꝝ p̄imus est q̄ si sub aliquo vl̄i cū nō est accipe nisi vnū singulare cui tale vl̄e cōpetit. si passio vl̄is demonstrareť tali singulari inesse tūc vl̄i tūc p̄prio subo in cōuenienter esset ista assignatio. vt si sensibile qđ inest aīali per se p°: assignareť vt vl̄e homini: nullo alio aīali existēte esset error. q; sensibile nō conuenit homini per se p° sed per alterꝝ videlicet per aīal. Scōs error est q̄ si passio alicuius vl̄is in noīati demonstrareť in esse vt idē oīb° ptibus subiectiuis illius vl̄is simul sumptis aut cōiunctim aut diuisim incōuenies esset assignatio vt si aīali nō esset nomen impositū. ⁊ sensibile demonstrareť singulis speciebus eius inesse vt vl̄e esset error. Tertius error est quādo passio alicuius inferioris demonstratur vt vl̄e in esse superiori vt si risibile demōstrareť vt vniuersale ineť aīali esset error. ¶Considerandū est aūt q̄ phs de tribus predictis modis siue errorib° exēplificat primo de tertio dictū de primo ⁊ finaliter de scōo. Exemplū eius de tertio errore est tale. ¶Nā si non occurrere demōstraretur vt vl̄e inesse lineis rectis. esset error quia non cōcurrere nō conuenit omnib° lineis rectis: sed solū eque distantibus. Exemplum vō eius de primo errore est tale. Si nō esset alius triplus q̄ ysoceles qui est triplus trinz equaliū laterū ⁊ habere tres angulos equales duobus rectis demōstrareť ei inesse vt vniuersale incōueniens esset assignatio. Si exemplū eius de secundo est tale. Si cōmutatim proportionari que est passio alicuius cōmunis nobis ignoti demonstrareť vt vniuersale inesse numeris: lineis: formis: ⁊ tēporibus coniunctim vel diuisim incōueniens eēt talis assignatio. Et similiter ratio est vt dicit philosophus etiā si tali cōmuni esset nomen impositū. ¶Considerandū est vlterius q̄ philosophus in littera adducit quoddā documentum quo modo ꝓprie posset accipi vniuersale. videlicet si remoto aliquo remaneat illud quod assignatur p̄o tali predicato: aut posito aliquo non ponitur predicatū non conueniet vniuersaliter subiecto. sicut posito animali nō necessario ponitur risibile. vnde risibile non inest vniuersali animali. Similiter remoto sorte nō necessario remouetur risibile: igitur risibile nō inest sorti vniuersaliť. Sed quādo posito subiecto ponitur predicatuz ⁊ remoto subiecto remouetur predicatum signum est q̄ tale predicatum cōuenit subiecto vniuersaliter vt posito homine ponit̄ risibile: ⁊ remoto homine remouetur risibile: igitur signum est q̄ risibile inest vniuersaliter homini. ¶Considerandus ſm doctorē sanctū in lectione circa primū errorē q̄ singulare accipit̄ dupliciter. Uno mō p̄o individuo alicuius speī. Alio mō accipit̄ cōit̄ pro q̄libet inferiori sicut hō dī singulare quoddā ipsi° aīalis: ⁊ vocat̄ singulare i respectu. Accipitur autem singulare ibidez secundo modo ⁊ non primo modo vt patet per exēplum philosophi supertus

adductum. ¶ Cõsiderandum est vlterius sm eundem circa exemplũ philosophi de secundo erroze q̃ propor/tio est habitudo vnius quantitatis ad aliam sicut .vj. ad .iij. se habent in proportione dupla ꝛ quattuor ad duo. Sed proportionalitas est collatio duarum proportionũ Inter se ꝛ est duplex. ¶ Nam quedam est coniuncta ꝛ habet quattuor terminos vt sicut se habent sex ad tria. ita quattuor ad duo. ¶ Cõsiderandũ est vlterius sm eundem ibidem q̃ in proportionalitate p̃sertim coniuncta duo termini se habent vt antecedentia ꝛ duo vt consequentia. vt cũ dicitur sicut se habent sex ad tria. ita quattuor ad duo. Sex ꝛ quattuor se habent vt antecedentia tria vo ꝛ duo vt consequentia. Est ergo permutata proportio quando antecedentia inter se proportionaliter cõferuntur ꝛ consequentia similiter. vt sic dicendo. Sicut se habent sex ad tria ita quattuor ad duo: ergo a cõmutata proportione Sicut se habent sex ad quattuor. ita tria ad duo. Sed sex se habent ad quattuor in proportione sexqualtera: ergo tria se habent ad duo in simili proportione. ¶ Sed instabat discipulus. ¶ Nam creaturarum ad deum est aliqua proportio. alias per creaturas non cognosceremus deum. ꝛ tamen non est aliqua habitudo quãtitatis ad quãtitatem. cum in deo non sit quantitas: ergo insufficienter dictum est q̃ proportio est habitudo vnius quãtitatis ad alteram. Dicendum q̃ duplex est proportio videlicet cõmensuratiua sive quãtitatiua ꝛ proportio assimilationis prima proportio que diffinita est prius non est inter creaturas ꝛ deum sed bene secunda que sufficit ad cognitionem. ¶ Ad primum igitur principale dicendum q̃ licet omnes partes simul sumpte cõuertantur cum toto vniuersali: tamen ab eo differũt sm rationem. Unde passio que conuenit vniuersaliter illis partibus simul sumptis eis non conuenit primo sed per alterum, videlicet per totum vniuersale vt declaratũ est ꝛ per ß patet solutio ad secundum.

¶ Sequitur vbi supra. (Impertinenter tamen.)

¶ Articulus secundus.

¶ Secundum sic proceditur videt q̃ posa sit esse genus sub quo non sint nisi vna sola species ¶ Nam est aliqua species sub qua non est nisi vnum individuum vt patet de sole: ergo a simili potest esse genus sub quo non sit nisi vna sola species. Secundo preterea illud est possibile fieri quod non implicat contradictionem sed non implicat contradictionem solam speciem humanam esse sub animali: ergo potest esse genus videlicet animal sub quo non sit nisi vna sola species. Tertio preterea si nullus alius flos esset aliq̃ rosa aut etiã nec flore existẽte adhuc flos esset genus vt patet in hyeme: ergo idem q̃ prius. ¶ Quarto preterea idem videtur velle in primo errore superius assignato vbi innuit q̃ si sub aliquo vniversali esset sm vnum solum singulare ꝛc̃. accipitur ibi singulare cõmuniter vt dictum est videlicet pro minus vniversali: ergo potest esse genus sub quo sit vna species. ¶ Sed contra est doc. s. in presenti lectione ibi vel potest dici q̃ est impossibile inueniri aliquod genus cuius sit vna species tantum ꝛc̃. ¶ Rñ. dicendum q̃ impossibile est inueniri aliquod genus sub quo sit solum vna species quod sic probatur sm doctorem sanctum in presenti lectione. ¶ Nam oportet q̃ si vnum contrariorum reperiatur in rerum natura q̃ ꝛ alterum reperiatur vt patet per philosophũ secundo de celo vbi loquitur de differentijs contrarijs. Sed genus diuiditur in species per differentias oppositas contrarie: ergo si vna species inuenitur ꝛ alia ꝛ per consequens non potest esse genus sub quo sit tantum vna species. ¶ Sed instabat discipulus ¶ Nam differentie reperiuntur potissime in genere substantie in quo tamen nulla est contrarietas vt patet in predicamentis: ergo non bene dictum est q̃ differentie opponuntur contrarie. ¶ Dicendum q̃ triplex est gradus contrarietatis vt patet primo physicorum. ¶ Primus est repugnantia habitus ꝛ priuationis. Secundus est repugnantia duarum differentiarum formaliter diuidentium vnum genus. Isti autem duo gradus cõtrarietatis reperiunt in quolibet p̃dicamẽto. Tertius gradus est repugnantia duarum formarum absolutarum que sub eodẽ genere ponuntur: maxime Inter se repugnantes mutuose expellentes a subiecto nisi altera insit subiecto a natura. ꝛ isto modo differentie non contrariantur. Licet ergo in genere substantie non sit cõtrarietas quãtum ad tertium gradum contrarietatis tamen quãtum ad duos primos gradus reperitur in substantia contrarietas. ¶ Considerandũ est autem sm Egidium q̃ species plures esse sub genere dupliciter potest intelligi. Uno modo quãtum ad esse essentie quod habent in singularibus. Alio modo quantum ad esse virtuale quod habent in suis causis Ad hoc q̃ saluetur genus non est necesse q̃ sint plures q̃s ad esse essentie in singularibus: sed sufficit q̃ sint q̃s ad esse quod habent in suis causis. Et per hoc patet solutio ad tria argumenta principalia vltima. Et licet genus possit saluari in vna specie q̃tum ad essentiam non tamen quãtum ad eius potestatem vt disputatur est super libro predicabilium porphyrij. Sed querebat discipulus vtrũ species possit saluari ĩ vno individuo videtur q̃ non. Tum primo quia esse in pluribus est de ratione cuiuslibet vniuersalis. id autem quod est de ratione alicuius nõ potest ab eo separari. Tum secundo quia de ratione cuiuslibet totius est habere plures partes vt arguit britonus. Dicendum vt dicit doctor sanctus q̃ potest esse species sub qua nõ est nisi vnũ individuum cuius rationem assignat. ¶ Nam species vna diuiditur in individua per differentiam materie. Cõtingit autem totam materiam vnius speciei proportionatam sub vno individuo comprehendi. ꝛ tunc non est nisi vnum individuum sub vna specie. hec ille. Et per hoc patet solutio ad primum argumentum principale. Et licet aptum natum esse in pluribus sit de ratione vniuersali non tamen actu esse in multis: neq; talis aptitudo est frustra si nũquã reduceretur ad actũ: quia aptitudo est inclinatio consequens formam. ¶ Potentia vo consequitur materiam. vnde licet potentia illa sit frustra que non reducitur ad actum non tamen aptitudo. Et quãuis de ratione totius integralis sit habere plures partes nõ tamen hoc est de ratione totius vniuersalis. ¶ Considerandum est tamen sm doctorem sanctum q̃ species est duplex. ¶ Nam quedam est cuius singulare est in materiale vt patet de angelis ꝛ sub tali specie non est nisi vnũ individuum immo plura esse sub tali specie repugnat ipsi speciei. Alia est species cuius singulare est corruptibile. vt homo ꝛ sub tali specie necesse est eẽ plura individua. quãtum ad intentionem nature. ¶ Natura enim intendit conseruationem specierum. Species autem cuius singulare est corruptibile nõ potest conseruari in esse si sub ea solum est vnum individuũ quia eo corrupto non remaneret species in esse nisi esset tale individuum ex cuius corruptione generaretur alterum sub eadem specie vt patet de fenice. fenix est auis ꝛ nõ est perfecta talis: Unus dum moritur alter ad hoc ortur. Sed in predictis videtur esse contradictio. ¶ Nam dictum est supra in presenti articulo ibi. ꝛ licet ꝛc̃. q̃ aptum natum esse in multis est de ratione speciei ꝛ cuilibet vniuersalis. ¶ Hic autem dictum est q̃ repugnat speciei angelice posse esse in multis. ¶ Dicendum q̃ natura angelica sive species in angelis potest considerari dupliciter. Uno modo vt species. Alio modo vt talis species. ¶ Primo posse esse in multis non repugnat speciei angelice. Sed bene secũdo modo quia si posset multiplicari in plura individua non esset per se existens sed in alio quod implicat. ¶ Ad primũ ꝛ ad omnia alia argumẽta patet solutio ex dictis.

Lec.13. ¶Questio.18ª. de qualitate ꝓncipioꝝ demõstrationis ꝛ est lectio.13. sancti doctoris.

Iceꝯ. In supioribus habitum sit quibus demõstrator vtitur. considerandum tamen restat in hoc tractatu ex quibus ꝛ ex qualibet demõstratio procedat circa qõ quinq occurrunt ꝓsideranda fm ꝙ huius tractatus sunt qnq capitula fm qnq lec. doc. s. ¶Primo ꝓderandũ est qualiter demõstratio procedat ex necessarijs ꝛ ℔ in primo capitulo. Secũdo qualiter ꝓcedat ex his que sunt per se. ꝛ ℔ in secundo capitulo ibi. (Accidentia vo per se ꝛc̃.) Tertio qualiter demõstratio non procedat ex ꝓncipijs extraneis. ꝛ ℔ in tertio capitulo ibi. (Nõ ergo ex alio ꝛc̃.) Quarto qualiter demõstratio nõ procedat ex corruptibilibus sed ex sempiternis. ꝛ hoc in quarto capꝰ ibi. (Manifestũ est aũt ꝛc̃.) Quinto qualiter demõstratio non procedat ex cõmunibus sed ex ꝓprijs. ꝛ hoc in qnto capitulo ibi. (Quoniã autẽ manifestuꝫ est ꝛc̃.) Circa primũ queruntr tria. ¶Primo vtrũ demonstratio procedat ex necessarijs. Secũdo vtrũ ꝯclusio possit sciri per mediũ non necessarium. Tertio vtrũ destructis omnibus scitis corrũpat necessario scientia in nobis.

¶Sequit in philosopho ꝛ in sancto doctore. (Si igit est demonstratiua scientia.

¶Articulus primus.

quesitū talis est. Syllogismus ignorantie aliqs est negatiuus in ꝓpositionibus mediatis que probat. Quia talis syllogismus negatiuus in ꝓpositionibus mediatis habet fieri in prima ⁊ secūda figura. prima pars patet quia in prima figura potest cōcludi negatiua ꝯclusio falsa opposita affirmatiue vere ⁊ īmediate tripliciter per mediū videlicet propriū: per mediū extrinsecū sed simile proprio: ⁊ per mediū extraneū dissimile proprio: per medium primum concluditur sic arguendo. ¶Nulla figura habens angulū extrinsecū equalem intrinsecis duobus sibi oppositis habet tres angulos equales duob⁹ rectis: sed oīs triāgulus est huiusmodi: ergo nullus triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Ibi ꝯcludit negatiua conclusio falsa. contraria affirmatiue vere mediate. Sed per medium extrinsecum simile tamē ꝓprio fit etiam syllogismus ignorantie sic arguendo. ¶Nullus gradiens est substantia: omnis homo est gradiens: ergo nullus homo est substantia: conclusio est negatiua falsa que contrariatur affirmatiue vere videlicet isti: oīs homo est substantia. Sed per medium dissimile ꝓprio fit syllogismus negatiuus ignorantie: in prima figura sic arguendo. ¶Nulla olina est viua. Omnis homo est olina ergo nullus homo est viuens. vel sic nullus lapis est viuens: omnis homo est lapis: ergo nullus homo est viuens: que conclusio contrariatur affirmatiue vere mediate. videlicet omnis homo est viuēs: patet ergo ꝙ syllogismus ignorantie siue deceptionis negatiuus fit in prima figura tripliciter īmediate videlicet per medium proprium: extraneum simile proprio: ⁊ per mediū extraneum dissimile proprio. Secunda pars assumpti videlicet ꝙ syllogismus deceptionis fiat in secunda figura probatur exemplariter sic syllogizando in secūdo modo secunde. Omne animal est viuum: nullus homo est viuus: ergo nullus homo est animal. vel sic in primo modo secunde. ¶Nullum animal est viuū: omnis homo est viuus: ergo nullus homo ē animal: ⁊ licet ista ꝓpositio cui contrariatur predicta conclusio sit īmediata īmediatione predicationis. est tamē mediata mediatione posteriorustica. ꝓtest enīz demonstrari per hoc medium. omne animal rationale vt patet diligenter cōsideranti: ⁊ hoc loquendo de animali non concreto. ¶Pro precedenti articuli declaratione. cōsiderandum est ſm doctorem sanctum ⁊ alios doctores qui per mediū ꝓprīz intelligunt medium sumptum īter maiorem ⁊ minorē extremitatem in eadem cohordinatione vt ad cōcludendum hanc propositionem mediatam. Omnis homo est substantia: accipitur pro medio proprio qcquid est in predicamento substantie inter homīnem ⁊ substantiam vt animal corpus corpus animatū ⁊ similia poterunt accipi tanq̄ medium' proprium ad concludendū affirmatiuaz veram per qō quidem medium etiam potest concludi negatiua falsa manente eadē minore sed mutata maiore in oppositā qualitatem. vnde tale mediū proprium dicitur vt dicit hic doc. s. per quod fit syllogismus contradictionis. i. ad oppositū non quidem eodē modo sumpta sed transmutata qualitate maioris in oppositam qualitatem videlicet maior affirmatiua mutata in negatiuam: vt dictum est ⁊ per ℔ patet solutio ad secundū argumentuz. ¶Considerandū est vlterius ꝙ per medium extraneū simile tamen proprio intelligitur mediū sumptū ex altera cohordinatione quod vniuersaliter tamē subijcit maiori extremitati. ⁊ vniuersaliter predicat de minore extremitate. Sicut hoc medium mobile vel gradiens respectu huius conclusionis. omnis homo est substantia p hoc idem mediū potest concludi conclusio negatiua falsa mutando maiorem in oppositā qualitatez remanente minore immutata. vnde vt dicit philosophus deceptio que fit per tale medium simile proprio est fere eadez ei que fit per mediū proprīū. Est enim īter vtrāq̄ deceptionem talis identitas siue similitudo si fiat in prima figura semper sit vera sic patet. Quia tale mediū in minori siue sit proprīū siue simile ꝓprio vniuersalē affirmative predicatur de minori extremitate. minor autē in prima figura semper est affirmatiua vt in libris priorum declaratū. vnde minor semp est vera ⁊ maior semper falsa. Si fiat syllogismus deceptionis cū contrarietur affirmatiue vere cuius predicatū vniuersaliter ⁊ affirmatiue predicatur de subiecto vt in exēplis predictis satis declaratum est. ¶Considerandū est vlterius ꝙ mediū extraneū dissimile proprio est quod sumitur ex altera cohordinatione terminoz ⁊ nō vniuersaliter subijcitur maiori extremitati. neq̄ etiā semper predicatur vniuersaliter de minori extremitate. vnde ambe premisse possunt eē false. vel altera tantū vt exemplificatū est ⁊ ℔ in prima ⁊ secunda figura. In tertia vō figura nō fit talis syllogismus ignorantie. Quia in ea solū concluditur purticulariter in demonstrationibus vō conclusio est vniuersalis ⁊ per ℔ patet solutio ad primū. ¶Ad argumenta aūt patet solutio ex dictis.

¶Sequit̄ in philosopho ⁊ in sancto doctore. (Deinde cum dicit Si vō affirmatiuus ⁊c.)

¶Articulus secundus.

¶ Secundum sic ꝓceditur. Videtur ꝙ in ꝓpositionib⁹ mediatis nō possit fieri syllogismus deceptionis siue ignorātie praue dispositionis affirmatiuus. Nā affirmatio precedit negationē vt superius adductū est. Si ergo cēt aliqs talis syllogismus affirmatiu⁹ philosophus debuisset de eo determinare añq̄ determinaret de syllogismo negatiuo in eisdez quod est falsum: ergo nullus est talis syllogismus affirmatiuus. Secūdo preterea si sic aut fieret in scōa figura syllogismus deceptionis negatiu⁹ vel nō. primū non est dicendū vt deducit hic ꝓbs neq̄ ſm quia non videt maior ratio ꝙ debeat fieri in prima figura q̄ in secūda. cū vtrobiq̄ concludatur vniuersaliter ergo ⁊c. ¶Sed ꝓtra est ꝓbs in littera ibi. (Si vō sit affirmatiuus syllogismus ⁊c.) ¶Rñ. dicendū ꝙ syllogismus praue dispositionis siue ignorantie affirmatiuus fit solū in prima figura videlicet vniuersalē affirmatiuā falsam contrariā negatiue vere mediate cōcludendo. Qō aūt predictus syllogismus fiat in prima figura patet tripliciter. ¶Primo per mediū proprium sic syllogizando. Omnis substātia est q̄titas. omnis homo est substātia: ergo oīs homo est q̄titas que est falsa ⁊ ꝓtrariat negatiue vere ⁊ mediate. videlicet isti. ¶Nullus homo est q̄titas. semp enim in tali inductiōe maior est falsa ⁊ minor semp vera propter rationē superius assignatā. Secōo fit talis syll's per mediū non ꝓprīz: simile tamen proprio qō vz non est eiusdē ordinis ſz ex alia cohordinatione. sic syllogizādo. Omne agēs est q̄titas. oīs homo est agēs. ergo oīs homo est q̄titas. oportet aūt ℔ etiā remanere minorē invariatā sed maiorē mutari de negatiua vera in affirmatiuā falsaz. Tertio vō fit syllogismus per mediū extraneū dissimile proprio sic syllogizando. Omnis tēperantia est virtus. omnis grāmatica est tēperantia. ergo omnis grāmatica est virtus. ibi maior est vera ⁊ minor falsa: vel sic omnis albedo est virtus. omnis grāmatica est albedo. ergo oīs grāmatica est virtus. Ibi ambe sunt false premisse: vel sic. oīs scientia est animal. omnis musa est scientia: ergo oīs musa est animal: ibi maior est falsa ⁊ minor vera. Ex quo patet ꝙ syllogismus praue dispositionis potest fieri in prima figura tripliciter. videlicet per mediū proprīū: per medium extraneuz simile proprio: ⁊ per mediū extraneuz dissimile proprio: ⁊ ℔ tripliciter. ¶Primo maiore extremitate vā ⁊ minore falsa. quando videlicet tale mediū continet sub maiori extremitate. vt patuit per primum exemplum. Secundo ambabus premissis existentibus falsis. ⁊ hoc quando medium non continet sub maiori extremitate. vt patet per secundū exemplum. vltimi membri declaratum est. Tertio fit maiore existente falsa ⁊ minore vera vt per tertium exemplum eiusdem membri patet. Ex premissis etiam patet quot modis ⁊ per quas ꝓpositiones

veras vel falsas. possunt fieri deceptiones per syllogis/
mum ignorantie. tam in propositionibus immediatis q̄
mediatis que demonstratione probantur. ¶Consider/
randum est aūt q̄ quando syllogizatur per medium ex/
traneum simile proprio semper minor remanet vera ⁊
maior falsa semper est: vt dictum est sicut quando syllo/
gizatur per mediū proprium. vnde tale mediū extraneū
dicitur simile proprio. ¶Considerandū est vlterius ſm
Egidium q̄ aliquis syllogismus potest dici verus. du/
pliciter vel quātum ad materiā vel quātum ad formaz
Syllogismus autem deceptionis nunquā est verus ſm
materiā quia aut ambe premisse sunt false aut altera tan
tum. potest tamen talis syllogismus dici verus quātum
ad formā syllogisticā: quia fit in debito modo ⁊ indebi/
ta figura. vnde vt supra processum est talis syllogismus di
citur verus veritate prioristica. non autē veritate poste/
rioristica. sed dicitur falsus ⁊ deceptiuus. ¶Considerā/
dum est vlterius q̄ licet grāmatica cū sit scientia sit vir/
tus intellectualis non tamen est virtus materie moralis
de qua veritate duo exempla vltimi mēbri probationis
ipsius conclusionis processerunt. Sed instat discipulus
contra deductionē philosophi presentis lec. in tertio mē
bro presertim cōtra primum exemplum adductū. ¶Naz
temperantia nō est medium extraneum ⁊ dissimile pro
prio respectu virtutis quia temperantia ⁊ virtus conti/
nentur in eadem cohordinatione vt in prima specie qua
litatis: ergo exemplum malum. Dicendū q̄ licet id me
dium temperantia sit consonum virtuti ⁊ non extraneū
quod est maior extremitas: est tamē dissonum ⁊ defor/
me respectu scientie que est maior extremitas vnde vt
dicit hic Egidius. Secus est in propositione affirmatiua
falsa opposita affirmatiue vere vel negatiue. ⁊ in ppoſi
tione negatiua falsa opposita affirmatiue vere. ¶Nō enim
potest accipi mediū extraneū nisi duobus modis vz vel
maiore extremitate tm̄ vel ab vtraq; ¶Nō. n. pōt accipi.
Tertio modo vz a maiori ⁊ non a minori. Quia posit̄
affirmatiua ponit esse vera nil est extraneū a maiori sed
in ppoſito vbi affirmatiua est falsa ⁊ negatiua vera pote
rit accipi mediū extraneū in cōparatione ad minorez ex/
tremitatē quod tamē non est extraneū in cōparatione ad
maiorē extremitatez: vt in exēplo adducto patet: q; illud
mediū tempantia est dissonū ⁊ dissonum: est dissonum siue
extraneū respectu scientie: ⁊ dissonum respectu virtutis.
¶Ad pm̄ igitur dicendū negando sequelā q: licet ppo/
sitio affirmatiua sit simplicior: notior ⁊ prior ppositione:
negatiua tamē quo ad nos ⁊ ordine doctrine ppositio ne
gatiua precedit affirmatiuā. Quē ordinē tenet ℔ philoſo
phus vnde ratio nō sequitur. ¶Ad 2m̄ dicendū q̄ simi
lis syllogismus habet fieri in 2a figura vel p3a figura. ¶Nō
enim habet fieri in 2a figura q: in ea non sumuntur syllo
gismi affirmatiui. Cum in ea semp cōcludatur negatiue.
¶Neq; etiā habet fieri in 3a figura. Cum ibidem semp cō
cludatur particulariter. De syllogismis enim vniuersali
bus est ℔ ad propositū. Cum fiat mentio de demōstra/
tione ppter quid vt supra dictū est. Unde non est simi/
lis ratio de omni figura.

Lec. 30. ¶Questio. xxxva. de ignorantia negationis ⁊ est lectio
30. sancti doctoris.

Considerandus restat de ignoran/
c tia negationis. ¶Circa q̄ querunt̄ duo.
¶Primo vtrū deficiēte in nobis aliquo sen
su sit necesse deficere scientiā de sensibilib⁹
illius sensus. Scōo vtruz in nobis sint tm̄ duo modi vē
addiscendi vz per demōstrationē vel per inductionem.
¶Sequit̄ in pbo ⁊ in sancto doctore. (Manifestū est
aūt.) ¶Articulus primus.

¶ primum sic procedit. Vi/
detur q̄ deficiēte
a in nobis aliquo sensu non sit necesse defice
re scientiaz de proprijs sensibus illius sen/
sus. ¶Nā nos in presenti statu cognoscimus
substātias separatas ⁊ tamen substātie separate non ca/
dunt sub sensu cum sint substantie immateriales ⁊ insen
sibiles ſm rem ⁊ rationem simul ergo deficiente sensu
possumus habere scientiā de aliquibus: sic carentia sen/
sus non tollit scientificam cognitionem. Secundo pre/
terea multi ceci visu carentes sunt qui habent verā scie/
tiam de coloribus vt ad experientiam patet: ergo defi/
ciente sensu visus non est necesse scientiam in nobis defi
cere de coloribus. Tertio preterea de formis spiritua/
libus habemus scientiam ⁊ tamen non cadunt sub sen/
su. Cum sensus sit accipiendus respectu corporaliuz re/
rum vt patet 2o de aīa ergo ⁊c. Quarto preterea in 2o ⁊
3o de aīa dicit pbs q̄ nos intelligimus cū volumus non
stupim⁹ dū volumus: ergo possumus itelligere aliquā
intellectualē cognitionē a sensu. scientia aūt est intellectua
lis cognitio: ergo deficiente sensu potest haberi scientia.
Quinto preterea aliqs cecus a natiuitate potest habere
auditū vt de se patet sed q̄nq; habet auditū potest ab
aliquo doceri de coloribus qui sibi significata color ma/
nifestet sed colores sunt a visu sensibiles: ergo deficiente
sensu visus nō est necesse q̄ deficiat scientia de proprijs
sensibilibus ipsius visus. Sed dicebat q̄ cecus a natiui/
tate habens auditū potest doceri ab aliquo de coloribꝰ
siue de proprijs sensibus visus. q̄tum ad quid nomīis
nō aūt q̄tū ad qd rei. Sexto ꝓsiderādū. cecus a natiuita
te habens sensum tactus pōt cognoscere causas ppriox
sensibiliū visus. Quia qualitates primo tāgibiles que ta
ctu percipiuntur sunt cause color sed cognitis causis ali/
cuius⁹ possumus ipm̄ scire vt patet per diffinitionē scire
ergo deficiente aliquo sensu non est necesse q̄ deficiat in
nobis scientia de sensibilib⁹ illius sensus. ¶Sed contra
est pbs in capto huius libri ibi. (Manifestū est aūt ⁊ si
aliquis deficit necesse est aliquā scientiam deficere ⁊c.)
¶Rñ. dicendū q̄ istud est quartū capitulū huius tra/
ctatus in quo philosophus determinādo de ignorantia
simplicis negationis que nō causatur in nobis per syllo/
gismū. ¶Post̄ determinauit de ignorantia prave dispo
sitionis que causatur in nobis per syllogismū ponit vnā
conclusionem ex qua infertur necessitas ignorantie pure
negationis in aliquibus que est respōsiua ad quesitū vi/
delicet q̄ deficiēte in nobis aliquo sensu necesse est q̄ in
nobis scientia deficiat de proprijs sensibilibus illius sen/
sus. ¶Hanc conclusionē probat philosophus ſm doctorē
sanctū ⁊ alios doctores tali ratione. ¶Nā duplex est mo
dus acquirendi scientiā. Unus quidem per demonstra/
tionem. Alius vo per inductionē Sed quilibet talis mo
dus necessario presupponit in nobis sensum ergo defi/
ciente in nobis aliquo sensu necesse est ⁊ scientiam defi/
cere de proprijs sensibilibus illius sensus: probatio mi/
noris quia scire per demonstrationē ⁊ scire ex vniuersali
bus: presupponit scire ex inductione ⁊ ex particularib⁹.
Sed scire ex inductione ⁊ particularibus ꝑsupponit sen
sum: ergo quodlibet nostrū addiscere ⁊ omne nostrum
scire cū non sit nisi in duobus modis presupponit sensuz
vt etiā in capite huius libri deductum est. Nō antē scire
per demonstrationē presupponat scire ex inductione sic
patet. ¶Nā scire per demonstrationē est scire per propo/
sitiones vles. sed vles ppositiones non possunt sciri nisi
inducendo in particularibus vt patet primo metaphysi
ce: ergo per demonstrationē non conuenit scire nisi per
inductionem in pticularibus: ⁊ licet ūmediate vniuersa/
les possint sciri ⁊ cognosci immediate per propositiones
immediatas seu dignitates. Tamē quia cognitio princi/
pioz de immediatis dependet a cognitione terminoz.
quoz cognitio a sensu dependet igitur cognitio cuiusli/
bet propositionis vniuersalis presupponit sensum. Nō
aūt per inductiones nō sit scire nisi sciant̄ pticularia ꝑ via
sensus sic patet. ¶Nā inductio ē singulariū. sensus aūt est
singulariū: ergo cōuenit accipe sciam de particularibus
aut singularibus nisi p viaz sensus. Ex quo patet q̄ sen/
sus est totius nr̄e cognitiōis intellectiue seu scie ianua ne
cessaria: deficiente ergo sensu necesse est sciam in nobis

deficere de sensibilib⁹ illius sensus. Quod itelligēdū ē dū in nobis sensus a nativitate deficit. Secus autem si post nativitatem sensus deficeret. quia non esset necesse q scientia illi⁹ sensus de sensibilib⁹ nobis deficeret vt voluit 2^m argu^m. ¶ Ex p̄dicta ꝯclone clare hēri pōt correlarie vz q causa ignorantie pure negationis in nobis est carentia alicuius sensus. ¶ Considerandum est autem ꝟz doctorem sanctum q per predictam ꝯclusionē ⁊ per verba que hic a philosopho dicūtur: excludit duplex questio. Quarum prima est ¶ platonis qui ponebat q nos habemus scientiam de rebus per species participatas ab Jdeis quod si esset verum vniversalia fierent nobis nota absq; conclusione ⁊ ita possemus acquirere scientiam rerum quarum sensum⁹ nō habemus. hoc autem argumento vtitur philosophus in fine primi methaphysice vt ad longum ibi disputatum est. ¶ Secūda questio est quorūdam scotistarum dicentium q possumus in hac vita cognoscere substantias separatas cognoscendo p̄prias qualitates ipsarū: que tamen ꝟm sensibiles earum effectus qui ab eis omnimode quiditative transcendunt cognosci nō possunt quo ad eas ꝓprias essentias. Secus ād loquēdo d cognitiōe. Quia sūt. si. n. tales sube q̄tū ad eas ꝓprias ēntias cognoscerentur seq̄retur q alique cognoscerentur scientifice absq; inductione ⁊ sensu. Quod pbus hic negat ēt de abstractis ß omnia d. s. in fine huius capli quasi formaliter. Sed instabat discipulus cōtra predictā cōclonē. ¶ Nam aliqua sunt separata a materia sensibili vt sunt vlia mathematica. ergo cognitio vlium scientifica nō habetur per inductionē singularium sensibilium. Dōm vt hic dicit. d. s. q vniuersalia q̄ ēt mathematica dr̄ ꝟm abstractionē non cōtingit nota fieri nisi p inductionem. Quia in vnoquoq; genere vlium mathematicorum abstractorū sunt quedam pticularia que non sunt separabilia a materia sensibili sed q vnūqōq; eorz est hoc. i. realiter indiuiduū. Quānis enī linea ꝟm abstractionē dicaf: tamē hec linea que est in mā sensibil⁹ q̄tū est indiuidua abstrahi non pōt. Quia indiuidui eius est ex hac mā. ¶ Nō aūt manifestanf nobis in p̄n^a abstractor nisi ex ptibus a quibus que a sensu peipimus: ¶ bigratia Ex hoc q videmus ali qō totū singulare sensibile procedimus ad cognoscendū qd est totū ⁊ qd pars p qō cognoscimus q oē totū est maius sua pte ꝯsiderando ß in pluribus ß dicit. d. s. formaliter. Ex p̄dictis dici pōt ratio p locū a maiori ad ꝑtē dum q p demonstrationē nō possumus accipe cognitionem vniversaliū absq; inductione. Quia si hoc esset vez maxime videref esse vez de vniversalibus mathematicis abstractis sed hoc nō vt declaratū est: ergo nullā cognitionē scientificā per demōstrationē possumus habeī de vniversalibus nisi ꝑsupponendo inductionē que cadit sub sensu. Sed cōtra predictā solutionē replicabat discipulus. ¶ Nā pticularia mathematica sunt abstracta a mā sensibili. possumus enī imaginari siue ꝯsiderare nō solū lineā in cōmuni sed etiā hāc lineā que est in mā sensibili ꝓter materiā sensibilē Quia possumus imaginari hoc q̄tū non imaginādo quale: ergo non requirif q in ꝯsiderationē vniversaliū requiraf via sensus. Dicendū q licet possimus hr̄e vt dicit ß Egidius hanc lineā sine mā sensibili: tamē si nō hec linea ꝟm esse qō habet in mā sensibili suā similitudmē faceret in sensu nūq; posset imaginari sine mā sensibili: qz vt ait cōmentator in 2° methaf. Scientia nr̄a causaf a rebus ꝟm esse qō habēt extra materiā. vnde tota nr̄a scientia quā possumus habeī ex ducto ⁊ abstractione r̄ōnis reducēda est ad sensum tāq; ad radicē ⁊ tāq; ꝓmo ordiale principiū. Unde deficiente in nobis aliquo sensu necessariū est scientiā deficere in nobis de sensibilib⁹ illius sensus. ⁊ p ꝯsequens in nobis ponif ignorantia pure negationis. ¶ Ad p^m igitur dicendū q quattuor vt ad propositū sufficit aliquid cadit sub sensu. Uno mō ꝟm se vt color. Alio mō ꝟm suū simile. Tertio mō ꝟm effectū suū. Quarto mō ꝟm suas ptes sicut patet de mōte aureo. Sube vō separate licet nō cadāt sub sensu ꝟm ea^r essentiā tamē ea^r effectus per sensum apprehendimus Qui qdē effectus qz nō sunt ꝓportionati essentijs substātijs separatis ducūt nos in cognitionē eorum q̄tū ad qz est: ⁊ non q̄tum ad qd est: loquendo de qditate ꝓpria ⁊ specifica ipsar vt latius in 2° metaphisice disputatū est verūtn qz obiectū ⁊ actus est ꝓportionatus po^c sicut patet de motu vniformi ipsius celi ideo per obiectū possumus scire qd est actus ⁊ p actū qd est po^a. vnde lz actus sit effectus po^c in aliquo genere causarum possum⁹ tn̄ p huiusmodi effectū cognoscere ipsam potentiā nō solū q̄tū ad qz est sed etiā q̄tū ad qd est vt deducit ß Egidius. ¶ Ad 2^m pz solutio ex dictis. ¶ Ad 3^m dicendū q for^a substātialis cadit sub esse indiuidualiin sensu non p se sed rōne intentionū accidentiū que sunt tāq; organa intentionū formar substantialiū sicut in nālibus for^a accidentalis tāq; instrumentū for^c substantialis facit ad productionē for^c substātialis sicut patet de calore ignis. Sicut aūt se habent for^e reales ad actionē realem Sic se habent modo suo for^e intentionales ad effectū intētionalē vt declarari habet in metaphysicis. ¶ Ad 4^m dicendū q nos intelligimus dū volumus suppositā sensatione ⁊ nō aliter vnde ratio non sequit. ¶ Ad 5^m admittat solutio in obiectione 2° adducta. ¶ Ad 6^m dicendum q licet cecus a nativitate hīs auditū possit instrui d causis colorū in sensu diuiso vz vt tales causas res quedam sunt: non potest tamen instrui de causa in sensu cōposito vz inq̄tū sunt cause talium colorum. vnde nunq̄ potest instrui vt habeat scientiam de coloribus q̄tuz ad quid rei. Secus autem q̄tum ad quid nominis: vt dictum est.

¶ Sequitur in pbo ⁊ in doc. s. (Impossibile est ⁊c.)

¶ Articulus secūdus.

¶ Secundum sic proceditur. Uideť q non sint tm̄ duo siue duplex modus vere discendi vl scidi vz per demonstrationem vel inductionez ¶ Nam Egidius hic assignat triplicem moduz quo cātur scientia in nobis. vz per acquisitionē per acceptiōem ⁊ p impressionez. ergo male a pbo enumerantur duo modi vere adiscendi vel acquirendi sciam. ¶ 2° ꝑterea aliquā do in nobis acquiritur scientia per argumentationem p babilem vz per syllogisinum dialecticū. ¶ Manifestum ē autem q talis syllogism⁹ non est demonstratio. neq; inductio vt in scdo ꝓriorum declaratur ergo ⁊c. ¶ Sed ꝟz est pbs. Impossibile ē accipere sciam siue addiscim⁹ nisi per inductionē aut per demonstratiōez. est aūt demōstratio quidē ex vniversalibus inductio autē ex his q̄ sūt ꝟm partem. ¶ Rñ. dicendum q tm̄ est duplex modus vere addiscēdi vz per demonstrationem vniversalium aut per inductionem singularium quod sic pz. nam quicquid vere addiscimus aut est vniversale aut singulare. Si primum sic addiscimus per demōstrationē vniuersalium enim est demonstratio vt supra declaratuz ē. Si scōm sic addiscim⁹ per inductionem ex qua causatur experimentalis cognitio que causat cognitionem vniuersalem in nobis. vt probatur in prohemio methaphysice ¶ Preterea omnis scientia causatur in nobis aut p acq sitionem aut per inuentionem. Si primum sic ē primus modus. Si scōz sic est scōs modus. ¶ Considerandu; est hic ꝟm Albertum magnum q scientia scibilium que cunq; sit illa causatur in nobis per acceptionem rei quesite licet deficiente prima veritate acceptiua que est sensus deficiant in nobis cetere veritates acceptiue. Quia remoto primo remouenf omnia que sunt illius generis vt patz scōo methaphysice. ergo deficiente sensu deficit scia vt supra declaratū est. ¶ Considerandum est vlteri us ꝟm eundem q est huius scientie logica nō pōt determinari nā intellectus humani aut causa per quam non accipitur vniuersale nisi ex sensibili ex principijs. sed hoc prime philosophie accipi oportz. vnde de hoc non est hic multuz inuestigādum. ꝟz supponendum q sic sit. ¶ Cōsiderādū ē ēt ꝟm eūdē ibidem q humanus intel-

lectus ẽ cõiũctus cũ cõtinuo ⁊ tpe: ex cõiunctiõe aũt cũ cõtinuo accipit a sensu cõi ea que accipiuntur a sensibus compositis ⁊ diuersis. Ex cõiunctiõe aũt cũ tpe siue tẽporali nõ põt accipe nisi a sensu ad sensus reflexos. ista vo ⁊ silia nõ hic querẽda sũt sed supponẽda vt dictũ ẽ.

¶ Ad pmũ igit dicendũ q tres modi ab Egydio assignati cõtinent sub duobus hic a pho assignatis: vñ ratio nõ sequit. ¶ Ad scõm dicendũ q p arm dialecticũ non acqrit scia proprie dicta sed magis opio. vñ argumẽtus falsum assumit. vel dicendũ q si accipiat hic scia p qualcũq; cognitiõe itellectuali ipsius vlis tũc demstratio accipit pro quacũq; argumẽtatiõe discursiua fm q arg° dicit a pho in 2° phycox ⁊ in pmo topicox in qtuor species que sũt syll's enthymema inductio ⁊ exẽplũ. Sz qr phs in textu dicit. Si vẽ addiscimus pma solutio magis videtur valere ad propositum.

Lec. 31. ¶ Questio. 36. de his que a pho imittunt. ⁊ est lectio 31. sancti doctoris.

Lterius

cõsiderãdus restat ĩ hoc 8° tractatu de statu q ẽ in demstratiõibus postq̃ cõsideratũ ẽ ex qb° ⁊ q̃libus ⁊ in q̃ figura procedit demstratio.

v

¶ Circa qd̃ ser psiderãda sũt fm q hui° tractatus sũt ser capla siue ser lectiões. d. s. ¶ Primo psiderãdũ ẽ de his que ponit ad vitatẽ determinataz de nũero qnũ quas monet de statu q ẽ in demstratiõibus. ¶ Scõo psiderãdũ ẽ de solone. 3°. qnis mote in pmo capl'o ⁊ de solone cuiusdã alterius qnis. vz vtruz si sit status in affirmatiuis neẽe sit status dari in demstratiõib° negatiuis. ¶ Tertio psiderãdũ ẽ de his q̃ phs ponit ad ostendũ logicalr q necessariũ ẽ statuz eẽ in affirmatiuis demstratiõibus. ¶ Quarto psiderãdũ ẽ q̃re ĩ pbat logica. ¶ Quito psiderãdũ ẽ q̃re idẽ pbat analogice. ¶ Sexto cõsiderãdũ ẽ de his q̃ phs infert ex pdictis. ¶ Circa primũ q̃runt duo. Primo vtrũ ea q̃ phus hic ponit de mã ⁊ forma syllogismox sint sufficiẽter assignata. Scõo vtrũ phs ĩ de statu cõueniẽter q ẽ in demstratiõibus moueat dũtaxat tres questiones.

¶ Sequitur in pho ⁊ in doc. s. (Est autem omnis syllogismus.)

¶ Articulus primus.

a **Q primum** sic procedit. Vr q ea q̃ ĩ ponũt a pho ad vitatẽ ifra determinãdã nõ sint sufficiẽter assignata. Nã sicut ad syllogismũ in cõi regrunt tres termini: ita regrunt due ppositiões ⁊ modus ⁊ figura de qbus ĩ phs nõ facit mẽtionẽ. ergo ĩsufficienter ⁊c̃. 2°. ¶ Preterea hec ẽ va demstratio oĩs triãgulus hz tres angulos eq̃les duob° rectis. Sz isosceles ẽ hmõi. ergo ⁊c̃. ⁊ tñ nõ pcedit ex ĩmediatis. Cũ maior vt notũ ẽ sit demstrabilis. ergo male hic reassumit ponendo q demõstratio ẽ ex his q̃ sũt ĩmediata fm rei vitatem. 3°. ¶ Ꝺ triplr aliqd dr p accidẽs vt pz. 6. ⁊. 7. methaphysice. ergo ĩsufficiẽter ĩ phs dicit q duplr aliqd dr siue p dicat p accns. ¶ Sz ĩ ẽ phs in lra ibi. (Est aũt oĩs syllogismus p tres termios ⁊ hoc qdẽ demstrare possibile ẽ ⁊c̃). ¶ Rñ. ddm q iste ẽ. 8°. tractatus hui° libri ĩ quo phs ostendit q nõ ẽ ĩ ĩfinitũ pcedere in demõstratiõibus: sz neẽe ẽ in eis statũ eẽ q qdẽ tractatus cõtinet in se ser capitula in quox. Primo pmittẽdo aliq̃ q̃ valẽt ad vitatez determinãdã monet tres qnes fm tres terminos qui regrũt in quolibet syllogismo. In scõo vo capl'o. (Ibi qcqd nõ cõuenit) solnit tertiã qnẽ pncipalez pbãdo q si sit status affirmatiõis necesse ẽ ⁊ statuz fieri in negatiuis. Sz in tertio capl'o ibi. (Qd̃ aũt in illis logicis ⁊c̃.) ponit aliq̃ q̃ sunt necessaria ad pbandũ dialectice q ĩ affirmatiuis nõ ẽ pcedere in ĩfinitũ in sursum ascendẽdo. In q̃rto vo ibi. (Amplius nã ꝺ hui° q̃litatis) Probat dialectice hoc qd̃ nũc dictũ ẽ. In qnto vo capl'o ibi (analogice aũt manifestũ ẽ ⁊c̃.) ostendit idẽ analogice. Sed in sexto siue vltimo capl'o ibi (Ad onstratũ ẽ his ⁊c̃.) infert quasdã pclones siue correlaria ex predictis. In pmo vo capl'o eliciunt a pho due pclones pncipales de quatũ. Scõa in sequẽti articulo videbit. Prima aũt pcl'o que ẽ rñsiua ad q̃situ talis ẽ. Illa que ĩ q modũ suppositum ponit hic phs cõueniẽter ad vitatẽ determinãdã ifra pmissa sũt qd̃ sic pz. Nã illa que ĩ ponit vtilia sũt pro determinatiõe qõnũ q̃s ifra monet phs vt ifra declarabit ergo cõueniẽter ab eo pmittunt: pmittit aũt siue supponit qnqz q̃ in libris porũ ⁊ in pñti libro determiata sunt Primũ aũt qd̃ supponit ptinet ad mãz syllogismi in cõi Scõz vo ptinet ad formã syllogismi affirmatiui. Tertiũ ptinet ad formã syllogismi negatiui. Quartũ vero ⁊ qntũ ptinẽt ad mãm syllogismi demstratiui: Primum q° qd̃ supponit ẽ q oĩs syll's hz fieri p tres terios tñ. vz p maiorẽ extrẽitatẽ miorẽ extrẽitatẽ ⁊ mediũ. Ex qb° fiũt due pmisse vnã cõclusionẽ necessario iferẽtes in debito mõ ⁊ in debita figura qd̃ qdẽ ptinet ad formã syllogismi vt diffusius in pmo pox tractat. 2m vo qd̃ supponit ptinet ad syllogismũ affirmatiuũ cuius forma talis est. vz q cõcludit maiorẽ ineẽ minori extremitati propter hoc q maior extremitas iest medio in syllogismo q̃ qdẽ forma syllogistica ẽ forma in pma figura in q̃ sola põt pcludi affirmatiua vlis que maxie querit in demstratiõibus ⁊ talis forma regulat p dici de oi vt pz in pmo porum vel regulat vt dicit Egydius p illã regulã syllogisticaz syllogismi expositoris que ẽ. Quecũq; eadẽ sũt vni tertio cõiũcta sũt iter se. Et si arguit. Nõ segt homo ẽ aial equus ẽ aial. ergo equus ẽ hõ ⁊ tñ ibi arguit p regulaz pdictã. ergo regula ẽ falsa. Ad qd̃ rñdet Egydi° dicens q in pdicto syll'o syllogizat in qtuor terminis. Nõ enĩz valet idẽ ẽ aial qd̃ pdicat de hoie ⁊ de equo. Si. n. idẽ eẽt aial qd̃ predicat de hoie ⁊ de equo oporteret vnuz de alio pdicari hoc obseruauit phs in pmo pox vt sic ordinarent termini p mediũ qd̃ mediũ nõ diuersificatuz cõiungeret vtriq; extremitati ⁊ qr que vni ⁊ eidẽ sunt eadẽ pciũgeret iter se sũt pciũcta ⁊ ĩ. phs erat q extremitates q̃ cõiunguntur eidẽ medio in pmissis q pciungeret iter se in cõe. ĩ ille formalr. Tertiũ vo qd̃ pmittit siue supponit ptinet ad syllogismũ negatiuũ. vz q de necessitate hz vnã affirmatiuã ppositionẽ alia ãt negatiuã. Differũt aũt pma ⁊ scõa figura vt in pmo porum declaratũ ẽ. Manifestũ ẽ aũt q ex. vtraq; ppositiõe affirmatiua nõ põt cõcludi negatiua neq; ex duabus negatiuis: qr ambabus exĩtibus negatiis nihil formalr sequit. Nõ. n. valet si aliqua duo remouent ab eodẽ sicut homo ⁊ risibile ab asino q illa remota sint eadem iter se. Nec ẽt segt q illa sint eadẽ: possunt. n. eẽ eadẽ ⁊ diuerse que remouent ab vno ⁊ eodẽ vnde sequit q si ex puris negatiis nihil sequit vel nõ cõcludatur negatiua q syllogismus negatiuus ĩ alterã pmissarum hz negatiuã ⁊ alterã affirmatiuã: forma aũt talis syllogismi regulat p tale pncipiũ: vt refert hic Egydius. Quicquid remouet ab aliquo remouet ab oi eo qd̃ ẽ idẽ illi ⁊ hoc syllogizãdo in tribus terminis ĩ pro tanto dr qr licz hoc pdicatũ gen° remoueat ab hoie ⁊ non ab aiali tñ hõ aial ⁊ hõ idẽ sunt. Nõ. n. hoc pdicatũ gen° contigit aiali hz q aial est idẽ cũ hoie: vnde in silibus terminis syllogizando syllogizat er qtuor termis ⁊ nõ solũ ex trib°. Quartũ qd̃ pmittit phs ẽ ex parte syllogismi demõstratiui vz q syllogismus demõstrationis pcedit ex vlibus pmissis vel duabus que sũt suppositiões pncipia ⁊ ppositiones. Cũ sint ĩmediate indemstrabiles vel simplr vel in illa scia in q̃ sumunt p pncipijs siue pmissis demõstrationes q dicit ppter demstratiõib° q̃ fiũt in scia subalternata que supponit pncipia sua pbata aliunde vt supra declaratũ ẽ. Ex quo ĩstat phs dr iam iter syllogismũ demõstratiuũ ⁊ dialecticũ. Nã qr syllogismus dialecticus ad hoc solũ tẽdit vt opiõnẽ faciat hoc solũ ẽ de intẽtiõe dialectici vt pcedat ex his q̃ sũt maxie opinabilia ⁊ ĩ sunt q̃ vident aut plurib° aut sapiẽtib° q̃ nõ semp va sunt sed aliquãdo falsa. Nõ enĩ refert vt dicit phs pmo topicorum qdã falsa qbusdã v eras eẽ. pbabiliora siue opinabiliora. Et ideo si dialectico occurrat in syllogizãdo aliqua ppositio mediata que rei veritatẽ hẽat mediuz p quod

possit ꝓbari: ꝙ tñ ei nō videat habere mediū: ꝙ ꝓpter sui ꝓbationē videat sibi ꝓprie nota ex ea syllogizās sufficit ꝓficē syllogismū dialecticū sed syllīs demōstratiu⁹ ordinat ad sciam vitatis ⁊ nō ad opatōes: ió ad demō/strationē ptinet vt ꝓcedat ex his q̄ sunt ſm rei veritatez ímediatā. Et si occurrat mediata ꝓpositio necessariū est q̄ ꝓbet eā p̄ mediū ꝓpriū quousq; deueniat ad ímediata. Quintū vo qō p̄mittit aut supponit pbs ē q̄ demōstrādo ꝓcedat ex his q̄ sūt p se: ⁊ non ex his q̄ sūt p accīs. dupl'r aūt ſm pbm in lra. Aliqd p̄dicat siue dicit p accīs. Uno mō qñ ſbm predicat de accidēti. vz hoc albū ē hō. Alio mō ecōuerso qñ vz accidēs p̄dicat de ſbo sicut cū dī hō ē albus. Et differt ſcōs modus a p̄mo q: in ſcdo⁹ qñ accīs p̄dicat de ſbo dī hō est albus. Nō q: aliqd aliud ab hoīe sit albū. Sed q: ipse hō ē albus. Et tñ nō ē p̄dicatio p accīs. Quia albū nō cōuenit hoī ſm ꝓpriā rōnē. Nō.n. ponit in diffinitiōe ei⁹ neq; ecōuerso q̄ regrit ad p̄dicationē p se vt supra declatū ē cuz de modis ꝓscitatis ageret. Sz qñ dī albū ē hō: hoc nō dī q: eē hoīem ínsit albo: sed eē hoīem inest ſbo albo cui. ſ. accidit eē albū: vz fieri sorti vel platōi. Sūt ät que dā que neutro istox modox p̄dicant p accīs: ⁊ illa p̄dicant p se: nō hz locū in syllogismo dialectico: sed solum in syll'o demōstratiuo vt patebit clarius ínfra. ¶ Cōsiderādū ē aūt q̄ ad vitatē ínfra manifestādā vtile erit ꝓtermittere suppositiōes p̄dictas. Nā dubitare de statu aut ínfinitate syllogismox dupl'r pōt ꝓtingere. Uno⁰. n. posset eē dubitatio de quolibz syllogismo in se. Alio mō in syllogismo vt refert ad formā quā hz in mā demōstratiua q̄z tū ad p̄mū vtiles sunt tres suppositiōes quas hic ponit pbs. Nā qlibet syllogismus in se nō cōstat nisi ex tribus terminis ⁊ duab⁹ ꝓpositiōibus nō solū nō accipit ínfinita sed ēt paucissima. Sed q̄z tū ad scōm vtiles sūt due vltime suppositiōes in his q̄ sūt p se ⁊ ímediata siue indemōstrabilia nō ē ꝓcedere in ínfinitū. Cū ergo reducat ad ímediata siue ad idemōstrabilia vt vult 4ª suppositio ⁊ p̄cedat ex his q̄ sunt p se facile cōcludit q̄ in demōstrabilib⁹ nō ē ꝓcedere in ínfinitū. Ex quo pz q̄ ea q̄ ponit ꝫ pbs cum sint vtilia cōuenienter ⁊ nō ínsufficiēter sūt tradita. ¶ Ad p̄mū igit dīm q̄ multipl'r aliqua regruntur ad syllogismū q̄ hic nō ponunt: q: nō ex ꝓpinquo valēt ad ꝓpositū ínferius ꝓbandū vñ rō nō sequitur. ¶ Ad scōm q̄ licz illa ꝓpositio oīs trīgulus hz tres ⁊ c̄. sit simpliciter demōstrabilis in illo tñ genere demōstratiōis in q̄ simpliciter ē p̄missa sine p̄ncipio nō ē demōstrabilis. ¶ Ad tertiū dīm q̄ ille modus ſm quē accidēs p̄dicat de accidēte ꝓtinet sub p̄mo p̄dictorū modox p accidēs. Cū vtriusq; eadē sit expositio. Iz ergo ī spāli sint plures modi p̄dicādi p accīs tñ vt in ꝓposito tñ sūt duo modi in generali: vñ ratio laborat in equiuoco.

¶ Sequit in pbo ⁊ in doc. s. (Deinde cū dicitur ⁊ c̄.)

a **Secundum** sic ꝓcedit. Uidetur q̄ pbs nō cōueniēter moueat tres qōnes de statu aut ꝓcessu in demōstrabilibus. Nā necessaria ē vltra alia qō de statu demōstrationū vz vtrū si sit status in affirmatiuis necesse sit fore statū in negatiuis vt ínfra patebit ergo ínsufficiēter mouēt a pbo tñ tres qōes. 2⁰. ¶ Deterea ad pbm ptinet ꝓsiderare statū siue ꝓcessum ī quolibet genere rerū vt pz 2⁰ ⁊ 7⁰ methaphysice. ergo pbs mouēdo aliquas qōnes hic nō debuisz de statu sibi demōstrare. ¶ Sed ꝫ ē pbs auctoritate sua q̄ in hoc capitulo monet tñ tres qōnes ibi. (Si igit ⁊ c̄.) ¶ Rñsio dīm q̄ cōueniēter pbs mouet hic tñ tres qōnes in generali de statu aut ꝓcessu demōstratiōis. Nā si eēt ꝓcessus in ínfinitū ⁊ c̄. eēt rōne alicui⁹ terminoū q̄ regrunt ad syllogismū demōstratiuū: ꝙ tñ regrunt tres termini ad quēlibet syllogismū vt supra suppositū ē. ergo ꝓueniēter tñ mouent a pbo ad ꝓpositū tres qōnes rōne triū terminox. ¶ Cōsiderādū ē aūt q̄ pbs p̄mo mouet p̄mā qōnem ex pte maioris extremitatis vtrū vz in demōstratiōibus aut p̄dicatiōibus sit abire in ínfinitū ascēdendo. In q̄ qōne supponit vltimū ſbm q̄ nō p̄dicatur de alio. quo supposito. q̄ ē vtrū sit ꝓuenire ad aliqd p̄mū p̄dicatum de quo nihil p̄dicat vel nō. Si ꝓtingit ascēdere in ínfinitū in p̄dicatis. Et q: p̄dicatum ꝓclonis in syllogismis ē maior extremitas: ió p̄dcā qō dī mota ex pte maioris extremitatis: ⁊ q: vt pz in nālibus motus fit a ꝓcto ad contiguum vt ab aq̄ ad aerē dī ascensus: maior aūt extremitas ptinet sub se minorē extremitatē: igit ex pte maioris extremitatis q̄rit an sit ꝓcedere in ínfinitū in ascēdo ⁊ ex pte minoris extremitatis an sit ꝓcedere in ínfinitū in descēdendo. Sed ꝫ mistabit discipulus. Nā minor extremitas ē illa a qua descēdit ⁊ maior extremitas ē illa a qua fit ascēsus. ergo qō de ascēsu magis ē ꝓpria minori extremitati q̄ qō de descēsu que ē magis ꝓpria maiori extremitati a qua fit descēsus. ¶ Dicendū q̄ pp hoc motiuz vult Egidius q̄ ꝓma qō pbi sit de minori extremitate ⁊ 2ª d maiori extremitate p se ⁊ ꝓprie loquēdo. Cuius oppositū affirmat. d. s. in p̄nti passu. Sed si qs ꝓsideret diligēter mālfestū videbit q̄ p̄dicta rō nō militat. Nā cū ars imitet' nām inq̄ztū ꝑt sic motus nālis: ita ⁊ motus rōnis potius denoīabunt a termino ad quē q̄ a termino a q̄. Ascēsus aūt ⁊ descēsus in p̄dicatiōibus motū quēdā rōnis iportāt cū ꝓmo vt innuit idē. d. s. Ad aior extremitas ē illa a qua icipit ascēsus: minor aūt extremitas ē terminus ad quē eiusdē: vñ qō de ascēsu magis dz dici ꝓprie qō maioris extremitatis q̄ minoris q: ecōuerso ē de descēsu: vñ rō p̄dcā nō sequit' q̄z est soluēda negando p̄mam. ¶ Cōsiderādū ē vlteri⁹ q̄ pbs ex pte minoris extremitatis mouet. Scōam qōez de descēsu eius vtrū posito ꝓmo p̄dicato sit ire in ínfinitum descēdēdo. In hac qōe supponit eē aliqd p̄mū p̄dicatū vle q̄ de alijs p̄dicetur. ⁊ nihil sit vlius eo qō de ipso p̄dicat: vbi grā sit ſba p̄mū vle p̄dicatū in genere ſbe vtrū descēdēdo ad ínferiora sit ꝓcedere in ínfinitū. Ita q̄ sit ꝓuenire ad aliqd ꝓticulare ídiuidū qō de nullo alio p̄dicet. Dī aūt ista qō de descēsu q: ín nālib⁹ dū sit mot⁹ a cōtīcte ad contentū ⁊ ab aere ad terrā dī descēsus: maior aūt extremitas cōtinet minorē. ergo ⁊ c̄. pz satis clari⁹ dīa p̄dictaz qōnum Q: supponit p ínfimū ſbm ⁊ nō p̄mū vltimū p̄dicatū. Scda vo p̄suppōit vle p̄mū p̄dicatū ⁊ nō ínfimū ſbm vt dictū ē. ¶ Cōsiderādū ē vlterius q̄ pbs mouet tertiam qōnē ex pte medij in qua supponunt duo extrema deterīata vz vltimū p̄dicatū ⁊ p ínfimū ſbm q̄ qdē qō talis ē: vtrū determinatis extremis sit ꝓcedere in ínfinitum ex pte medioz hoc ē si in p̄dicatiōibus sit ꝓcedere in ínfinitū in sursū ascēdēdo vel deorsū descēdēdo vtrū ꝓtingat ínfinita media iter p̄mū vltimū p̄dicatū ⁊ ínfimū singularissimū ſbm: vel vtrū ꝫ sit ípossibile. ¶ Cōsiderandū ē vlterius ſm pbm q̄ p̄dicte qōnes ptinēt ad mām de qua nūc ageret vz ad demōstrationes. Nā in predictis qōnibus ídē ē ac si queraf vtrū demōstrationes ꝓcedāt in ínfinitū vel ascēdēdo vel descēdo: ascēdēdo qdē ita q̄ qlibet ꝓpositio ex q̄ demōstratio ꝓcedit sit demōstrabilis p aliā ꝓz demōstrationē ita q̄ cuīlibet ꝓpositiōis sit demōstratio descēdendo ad ín ⁊ si ex qlibet demōstratiōe vel ꝓpositiōe demōstrata ꝓtingat iterū ad aliā posteriorē demōstrationē p/cedere vel nō. hoc ē vtrū vna demōstratio cōfirmet' p aliā ascēdēdo vt ex vna demōstratiōe ꝓcedat alia descēdēdo: ⁊ hoc vsq; ad aliquē terminū. ¶ Cōsiderādū ē vlteri⁹ ſm pbm in lra q̄ p̄dicte qōnes ēt hñt locū in demōstratiōibus negatiuis. Quia demōstratio negatiua opz q̄ vtat' ꝓpositiōe affirmatiua. Cū ex puris negatiuis nihil sequat' in qua ſbm conclonis cōtineat sub medio: ⁊ aliqd subm conclonis remoueat': ſm ergo q̄ ē ascēsus ⁊ descēsus in affirmatiuis oz q̄ sit ascensus ⁊ descēsus in negatiuis syllogismis ⁊ ꝓpositiōibus. ¶ Cōsiderādū ē vlterius ꝙ pbm in lra q̄ p̄dcē qōnes nō hñt locū in cōuertibilib⁹. Quia vt dicit. d. s. in his q̄ de se p̄dicant' eq̄lr in ínicez ⁊ cōuertunt' ad ínicē nō ē accipe aliqd ꝓus ⁊ posterius q: siue sint ínfinita p̄dicata ⁊ ínfinita ſuba oīa hmōi silr se hēbunt ad oīa. Quia quelibet eoz poterit p̄dicari de qlibet ⁊ ſbijci cuilibet quertibiliū: ⁊ sic demōstratio circularis

ect possibilis qō supius ꝓbatū ē posset eē trī talis diffe/rētia. Quia ꝑdicabit vt ꝑdicatū accīdentale siue vt accīs ⁊ aliud ꝑdicabit vt ꝑdicatū substale que dīa ē iter diffinitionē ⁊ ꝓprīū quox vtrūqz ē cōuertibile: ⁊ trī diffinitio ē ꝑdicatū eētiale ⁊ ꝓpter hoc ē ꝑius nāliꝫ ꝓprio qō ē ꝑdicatū accīdentale. ⁊ sic idē ē qꝫ in demōstratiōib⁹ vtimur diffinitiōe ꝓ medio ad demōstrandā ꝓprīā passionē de sbo. Sz istabat discipulus. ¶Nā primo ꝺ hoc qō dī hic. ¶Nā demōstratio ꝓcedit ex his q̄ sūt de oī ꝑse ⁊ de fm qꝫ ipm vt supra declatū. ergo ꝓcedit ex cōuertibilib⁹. Si ergo ꝑdicte qōnes nō habēt locū in cōuertibilib⁹ nō hēbūt locū in demōstratiōib⁹ qō ē ꝺ ꝑdcā. ¶Dōm qꝫ licz termini ex qbus demōstratio ꝓcedit sint cōuertibiles si cōiunctim sumant. ¶Nō trī si seorsuz sumant: vbi gra si genus ē dīa ex qbus ostenditur diffinitio q̄ ē mediū in demōstratione ꝓpt̄ qd simul sumāt: sic cōuertunt cū sbo ⁊ ꝓprīa passione. Si trī sumant seorsum manifestū ē qꝫ nō oīno cōuertit dīa cū genere. ¶Preterea istabat discipulus idem. ¶Nā sbm qō cōuertit cū ꝓprio ē ꝑius ꝓprio cū sit cā eī⁹ vt ꝑz. 7. methaphysice. ergo male dictū ē qꝫ in his que cōuertunt nō ē accipe ꝓr⁹ ⁊ poster⁹. ¶Dicēduz qꝫ in his que cōuertibilit ꝑdicant nō ē accipe ꝓr⁹ ⁊ posterius fm illū modū quo ꝓr⁹ ⁊ poster⁹ ē a quo nō cōuertitur subsistēdi ordīa: ꝑ vt vīa sūt ꝑora singularibus de q̄ mō id qō dictū ē itelligebat lz in eis sic accipe ꝑius ⁊ posterius fm illū modū quo aliqd ꝑius altero nāliter ꝑfectione: vñ rō laborat in equoco. Tertio istabat idē. ¶Nā ꝓprīū ꝑdicat de sbo ꝑ se. ergo nō ꝑdicat accīdentaliter ꝑz ꝓna Quia illud dī solū ꝑdicari accīdentaliter qō predicat ꝑ accīs aliquo ꝑdictox modox. ¶Dicendū qꝫ ꝑdicatio accīdentalis accipit dupliter. Uno mō stricte: vñ qñ ꝑdicat accīs cōe de sbo vel ecōuerso aut accīs de accidēte: ⁊ isto mō ꝓprīū nō ꝑdicat accīdentaliter. Alio mō accipit cōiter vz ꝑ eo quo ꝺicat aliqd de aliq̄ qō nō ē de eētia eius lz ꝑ se cōsequat eētiā: ⁊ isto mō illa ꝑdicatio ē accidēt⁹ nō trī ꝑ accīs lz per se vt dictū ē. ¶Ad ꝓmū igit ꝓncipale dicēdū qꝫ trī in mā sūt tres qōnes ꝓncipales q̄ mote sunt lz sint ⁊ possint eē plures īcidentales. ¶Ad 2m dōm qꝫ ad ꝓbm ꝓmū ptinet cōsiderare ꝓcessuz ⁊ realē qui est i gradibus entis ⁊ trī ad logicum ptinet cōsiderare ꝓcessum q repit in terminis aut in ꝓpositiōib⁹ intrīsecis vel de his q̄ subijciunt hmōi terminis scōe ipositiōis. ¶Quectio. 37. de statu in demonstrationibus ⁊ est lectio. 32. sancti doctoris.

Lec. 32.

¶Preterea ꝓsideraduz ē de solone tertie qōnis ꝓncipalis ꝑ supius mote ⁊ de solone cuiusdā qōnis īcidētaliter admixtis. vz vtrū si sit stat⁹ in affirmatiuis necesse sit eē statū in negatiuis. ¶Circa qō queruntur duo. ¶Primo vtrū si sit statū in extremis necesse sit eē statū in medijs. Scōo vtrū si sit statum in affirmatiuis necesse sit eē statū in negatiuis. ¶Sequit in ꝓbo ⁊ in sancto doc. (Qō qdam igitur.)

¶Articulus primus.

a ¶Ad primum sic ꝓcedit. Uīr qꝫ determiatis extremis nō sit necesse eē statū in medijs sed cōcīt sp in īfinitū ꝓcedere ex ꝑte medioꝝ. ¶Nā q̄ rōnis sūt ⁊ volūtatis ꝓuenit in īfinitū ꝓcedere vt cōcludit d. s. in ꝓma 2e. q. 1. ar. 4. ad 2m ⁊ 3m. vñ in nūeris itellectus in īfinitū rōcinari pōt. 2o. ¶Preterea extrema linee sūt finita ⁊ determiata. Cū sint trī duo vz punctus initians ⁊ pūctus terminās. Sed cōstat qꝫ īfinita sūt pūcta iter media. ergo ⁊c. ¶Sed ꝺ ē ꝓbs in ꝓti passu. dicēs. (Qō qd igit nō ⁊c.) ¶Rūsio dōm qꝫ istud ē 2m capl'm huiꝰ octaui tractatus in quo ꝓbs solvēdo tertiaz qōnē supius motā adducēs solutionē alteri⁹ qōnis ꝑdictis qōnib⁹ admixte ponit duas ꝓclones de quax scōa videbit in scōo articlo. ¶Prima vo ꝓclo ē talis qꝫ determiatis extremis in sursū ascēdēdo ⁊ descēdēdo in deorsum ipossibile ē media eē īfinita. ¶Pro cui⁹ ꝓbatiōe concluſum ē fm ꝓbm in lra qꝫ sursum ꝓcedere ꝺ qñ itur ad magis ꝑticulare de cui⁹ rōne ē qꝫ subsistat. ꝺnr ergo extrema determiata in sursum ⁊ deorsū qñ supra ꝑdicatū pūt actu ꝑdicari de īfimo sbo: q̄ supposito ꝑdcā ꝓclo ꝓbat talis rōne ꝓbi. ¶Nā sit īfimū ꝑdicatū. A. i. sba ⁊ infimū sbm sit. C. i. hō. vel sortes ⁊ iter sbam ⁊ hoiem sint īfinita media vt puta corp⁹ aīatū. Scōo in īfinitū igitur sba erit ꝓmū ꝑdicatū ꝓmo de aliquo medio sibi ꝓpīquo vt puta de corpe ⁊ iterū illud medīū de aliquo medio īferiori ⁊ cū media sint īfinita segtur in īfinitū ꝑdicatio descēdēdo: ⁊ sic supmū ꝑdicatū nūq̄ poterit demōstrari sbo ꝑdicari qꝫ ē ꝺ hypostasiz. ponet. n. qꝫ nō descendat ꝑdicatio in īfinitū. Et silr si accipiat īfimū sbm pcēdet ascēdēdo in īfinitū anteq̄ veniat ad supmū ꝑdicatuz qō ē ꝺ hypostasiz data. Determiatis ergo extremis i sursū ascēdēdo ipossibile ē media eē īfinita. Sed dicet aliqs cauillate vt adducit ꝟ ꝓbs ꝑdcā rō. ꝓcedit ac si media ⁊ extrema sic se habent qꝫ eēnt adīuicē vnita ita vz iter ea nō eet aliquod mediū. Unita. n. dīr vt ꝑz. 6. phycoruz. que ꝓxīme se habēt. Cū se tāgant. Sed ille q̄ ponit eē īfinita dicit qꝫ hoc nō cōtingit. dicet enī qꝫ iter quoscūq̄z terminos acceptos eē aliquod mediū. Ad hāc cauillationē ⁊ rīdet ꝓbs dicēs qꝫ nihil differt sine ꝟ accipiant īfinita media ita qꝫ sint vnita ad īuicē sicut cōtingit idistictis vel nō sicut cōtigit in cōtinuis q: semp medio accepto oz sp accipe īfinita media ad alterx extremox. Uñ nihil refert vtrū statiz tale mediū cōtingatur alteri extremox. i. sine medio vel nō stati ꝑ aliqua media: q: et si cōtīgāt alteri extremox sine medio necesse ē qꝫ postea inueniantur īfinita media respectu alterius: ⁊ ita sp oportebit. Si est īfinitas in medijs qꝫ ꝓcedat in īfinitū in ꝑdicatiōib⁹ vel ascēdendo vel descēdēdo. Sicut ꝑdcā ꝓbatio ꝓcedat ꝟ oīa. d. s. in lec. ¶Cōsiderādū ē ät hic fm Egydiū qꝫ qōnes supius motas ꝓbs abbreuiat dupliter. ¶Primo qōes de medio reducēdo ad qōnes de extremis. Quia si nō est ꝓcedere in īfinitū ex ꝑte extremox in sursū ascēdēdo vl deorsū descēdēdo nō erit ꝓcedere in īfinituz in medijs. Scōo reducēdo qōnes de ꝑpatiuis ad qōnes de affirmatiuis. vñ oñdit qꝫ si fit status in affirmatiuis necesse ē qꝫ sit status in negatiuis: que duo probat in ꝑti capl'o. ¶Ad ꝓmū igit ꝺōm qꝫ rō in suis actib⁹ pōt ꝓcedere i īfinitū accīdentaliter ⁊ nō ꝑ se ꝟ ordiatis. demōstratio vo ꝓcedit ex his q̄ sūt ꝑ se vt patuit per qntā suppositionē supius a ꝓbo adducta. vñ. d. s. in ꝓma 2e. q. 1. ar. 4. ad 3m sic dicē qꝫ in his q̄ sūt ꝑ se rō īcipit a ꝓncipijs nāliter notis ⁊ ad aliqđ terminū ꝓgredit. vñ ꝓbs ꝓbat in ꝓmo posteriox qꝫ in demōstratiōibus nō ē ꝓcessus in īfinitū. Qz in demōstratiōib⁹ attēdit ordo aliqnox ꝑ se adīuicē admixtax ⁊ nō ꝑ accīs. In his ät q̄ ꝑ accīs cōuertunt nō plurēs rōnē in īfinitū multiplicari. ꝟ ille. ¶Ad scōm dōm qꝫ iter duo extrema linee nō sūt īfinita pūcta actu nec ät eētialiter vel ꝑ se ꝟordiata. Sicut ē de gradibus formax q̄ ītēdunt aut remittunt: vñ rō nihil ad ꝓpositum.

¶Sequit in ꝓbo ⁊ in. d. s. (Deinde cū dicit. Manifestū est autem.)

¶Articulus secundus.

a ¶Ad secundum sic ꝓcedit. Uīr qꝫ si sit status in affirmatiuis ꝑdicatiōibus aut syllis demōstratiuis qꝫ nō sit necesse eē statū in negatiuis. ¶Nā ꝓpositio negatiua plibus modis cōcludit q̄z affirmatiua. Cū ꝑa cōcludat in trib⁹ figuris. affirmatiua vo in ꝓma ⁊ tertia figura trī vt ꝑz primo ꝓpox. vñ ergo qꝫ si sit status in affirmatiuis qꝫ nō debeat eē status in negatiuis 2. ¶Preterea plures sūt ꝓpositiōes negatiue mediate q̄z affirmatiue: vt ex supra dictis ꝑz igit idē qō ꝓbus. ¶Sed ꝺ ē ꝓbs in ꝓti capl'o ibi. (Manifestū est ⁊c.) ¶Rūsio dōm qꝫ secda cōclusio huiꝰ capl'i q̄ ē rīsiua ad q̄situ talis ē vz. Qō si sit status in affirmatiuis demōstratiōibus necesse ē eē statū in negatiuis demōstratiōibus ⁊ hoc in sursum ⁊ deorsū. Que cōclusio ꝓbat elicitiue tali rōne ꝓbi. ¶Naz nulla ꝓpositio negatiua mediata pōt demōstrari nisi ꝑ vnā affirmatiuā ⁊ aliā negatiuā. Cum ex puris negatiuis nihil segt. Si ergo in negatiuis sit ꝑ/

ecedere in ifinitū q̄tū ad demōstrationē vel reductionez ad īmediata necesse ē q̄ sit ꝓcedere in ifinitū in affirmatiuis q: vt dictū ē ipa ꝓpō negatiua siue negatiua demōstrari siue syllogizari nō pōt vt hic deducit pbs p exempla in ꝑma ⁊ tertia figura sed supponit qđ ē ipossibile. vz q̄ in affirmatiuis sit ꝓcedere in ifinitū aut in sursum aut in deorsū vt ifra pbabit. Si ergo ē stat⁹ in affirmatiuis demōstratiōibus necesse ē eē statū in negatiuis q̄ ē per exēpla manifestū vt pz diligenter cōsiderāti. ¶ Cōsiderādū ē hic ꝑm doctores q̄ cōclō negatiua cōclusa in quacūq; figura in hoc mō reducit ad īmediata q̄ si cōcludatur negatiua opz q̄ cōcludat ꝑ aliā negatiuā ⁊ vnā affirmatiuā q: ex ambabus affirmatiuis nō cōcludit negatiua: tūc q̄r de illa negatiua vtrū sit mediata vel nō si sit ergo ibi ē status in negatiuis. Si nō oportebit q̄ cōcludat ꝑ aliā negatiuā ⁊ affirmatiuā donec ꝓueniat ad īmediata: vnde si ꝓcedat in ifinitū in silibus ꝓpōnib⁹ negatiuis ꝓcedet in ifinitū in affirmatiuis q̄ ē ꝫ supposituz. Sed dicet canillator vt adducit hic pbs q̄ si cōcludatur aliqua ꝓpō negatiua in aliq̄ figura nō erit ꝓcedere in ifinitū ꝑm illā figurā. Sed si cōcludat illa ꝓpō in oībus modis q̄bus fieriꝑ pōt in q̄libet figura tales syllogizātes cū ꝑ syllogizatiōibus eēnt ifiniti. Sed vt hic innuit pbs dicere hoc vel affirmare ridiculū ē. Cū figure sint finite ⁊ ipe ꝑ syllogizatiōes dato ergo q̄ in q̄libet figura fiant ꝑ syllogizatiōes varie: nō poterūt tñ eē infinite: q: finitū finities sumptū facit finitū. Cū finitas finities sumpta cōstituāt finitū: vñ pz q̄ canillatio ē nulla. ¶ Ad ꝑmū ergo ⁊ ꝑm dōm negādo ꝓbiam. Quia lz ꝓpositio negatiua cōcludat in plurib⁹ figuris q̄ affirmatiua: ⁊ sint pauciores ꝓpōnes negatiue īmediate tñ nunq̄ ꝓpō negatiua pōt demōstrari nisi ꝑ vnā affirmatiuā ⁊ vnā negatiuā. vñ vt dictū ē. Si eēt ꝓcedere in ifinitū in negatiuis demonstratiōibus necesse eēt ꝓcedere in affirmatiuis.

Lec.33. ¶ Questio.38. de statu in predicatis ⁊ est lectio.33. sancti doctoris.

Asuper

ꝓsiderādū ē ō hīs q̄ pbs ꝑmittit q̄ necessaria sit ad pbādū ꝑ rōnes cōes in oī syll'o q̄ in demōstratiōibus affirmatiuis q̄tuz ad ꝑdicatū nō ꝓcedit in ifinitū. ¶ Primo ꝓsiderādo in capite huius capl'i q̄ nō ē ꝓcedere in ifinitū in ꝑdicatis q̄ ꝑdicantur in eo q̄ qd. ¶ Circa q̄ querunt duo ¶ Primo vtrū in ꝑdicatis q̄ ꝑdicant in eo qđ qd sit ꝓcedere in ifinitū. Secundo vtrū ea que hic pbs premittit sint sufficienter posita.

¶ Sequitur in pbo ⁊ in sancto doctore. (Quod autez in illis logice q̄dē.) ¶ Articulus primus.

B primuz

simpliciter potissima diffinitio sbi ē mediū ⁊ nō diffinitio passionis. ꝓmū. n. sic ꝓbat. ℔Nam id qđ bz rōem pp qd passio inest sbo bz rōnem medij ad demſrandum passionem de sbo: vt pz p pbm in capite b⁹ scōi libri. Sz diffinitio sbi bz rōem pp qd. q: passio inest sbo: q: in diffinitiōe ꝓpleta subiecti accipiūt explicite ꝓncipia cēntialia subiecti sed illa sunt cā passionis in subiecto. ergo ex diffinitione sbi bz cā ꝓpter quā passio inest sbo. ⁊ per ꝓns p talē diffinitionē passio bz demſrari: qō ⁊ ēt vult pbs in 2° de aīa vbi demſrat vnā diffinitōem animē p diffinitionē ei⁹: idē ēt vi velle in ꝓmio b⁹ vbi ꝓcludit scōam diffinitionē demonſrationis de ea per primā in ꝓhemio ēt de aīa dicit q diffinitiones ille cā sunt ⁊ vane ⁊ dialectice. oēs p q̄s nō apparet cā passionū in subiectis: vult ergo pbs q diffinitio subiecti sit mediū ad demſrandū passionem de sbo 2° ꝓbat tali rōne. ℔Nam in demōstratione potissima oēs ꝓmisse sūt imediate. vt pz p diffinitōem demſrationis. Sz q̄n accipit̄ p medio diffinitio passionis ad demſrandum eā de sbo. mino: ꝓmissa erit mediata. q: ē ōmſrabilis. ℔Illa. n. sūt demſrabilia quoꝝ est aliqua cā. sed in diffinitione passionis est aliq̄ cā. quia sicut ꝓncipia cēntialia subiecti sunt aliqua causa ad demonstrandū passionem de subo ita sunt causa ad demonstrandum diffinitionez passionis de sbo: passio enim ⁊ sua diffinitio sunt idem realit̄. ergo mino: in tali demōstratione ē demſrabilis: ⁊ p ꝓns mediata. Ex quo pz fm ſpm q diffinitio passionis nō ē medium i demſratione simplr potissima: sz diffinitio subiecti q: quelz passio ⁊ diffinitio eī bz cām ꝓpter quā inheret sbo: ⁊ eiusdem opinionis est ℔Iconiensis in hoc secundo ¶Considerandū ē vlterius q ℔Egidius ꝓpter rōnes in contrarium adductas vult q diffinitio passionis ⁊ nō diffinitio subiecti sit medium in demonstratione potissima. Sed lz sue rationes sint ꝓbabiles non tñ cogunt neqz verum concludit vt in eoꝝ solutiōib⁹ clare patebit: p ꝓnſrmatione vō sue opinionis adducit aliquā rōnem ducentēad ipossibile q̄ ē talis. Si diffinitio subiecti eēt medium in demſratione potissima sequeret̄ q demſratio non resolueret vsqz ad per se nota. ⁊ sic tolleret̄ certitudo demſrationū quod ē inconuenies: ꝓbatio sequelle. q: aut talis diffinitio subiecti ē talis quā oēs apprehendunt: aut est talis quā cum magna diligentia inuestigare opz. Si primum sic per se notū demonſraret̄: q: ē per se notū passionem ineē tali subiecto. Si sēm tūc si passio demſret̄ de subiecto per talem diffinitionē. demſratio nō resolueret vsqz ad per se nota. Cum non sit per se notū talem diffinitōez conuenire subiecto. Ultra aūt diffinitionem subiecti nō ꝓgredit̄ via demſrativa resolvendo. sed si quis diligenter cōsideret hec rō tñ concludit q diffinitio passionis nō sit medium in demōstratione potissima mag̃tū concludit q diffinitio subiecti nō possit eē medium. ℔Non enim oz q diffinitio subiecti sit per se nota oībus. sed sufficit q sit p se nota fm naturā ante deductōez demſrationis in applicatione vero ꝓmissaꝝ ipsius demſrationis ad ꝓclusionē demonſrādā p se notū ē nō solū fm nām. ſz ēt pz ōmō strari talē diffinitōem eē talis sbi diffinitionem. vñ falsuz ē q talis demſratio nō reducat̄ ād perse nota simpliciter sine fm naturā. ℔Nihil enim noti⁹ cōuenit diffinito q̄ sua diffinitio qditatiua que dicitur mediū in demſratione potissima fm ꝓmam opinionē. ¶Considerandus ē vlteri⁹ vt hic adducit ℔Rodulph⁹ baitonis q aliqui ꝓpter fugā inconuenientium ad vtrāqz partem dñt q diffinitio aggreta ex diffinitione subiecti ⁊ passionis est mediū in demonstratione potissima. Tum primo q: illa diffinitio est medium in demōstratione potissima qua accepta ꝓpositiones sunt magis imediate cū demonstratio ꝓcedat ex imediatis. sed diffinitio aggregata est hmōi q: ratione q̄ accipitur diffinitio passionis est maxime ꝓpria ⁊ imediata passioni ratione vō qua accipitur diffinitio subiecti: illa diffinitio est maxime ꝓpria ⁊ imediata subiecto: Tuz scōo quia illa diffinitio est medium in demſratione potissima que dicit quid ⁊ ꝓpter quid vtriusqz extremitatis. sz diffinitio aggregata ē hmōi cum explicet oīa ꝓncipia sbi ⁊ passionis. ergo talis diffinitio vt ipi concludūt ē mediū in demſratione potissima. Sz non ē necesse ponere q talis diffinitio aggregata sit mediū i demſratione potissima Et dato q eēt mediū hoc tñ nō eēt rōne qua in ea ponit̄ diffinitio passionis sz rōne qua ponit̄ in ea diffinitio subi ꝓmū sic ꝓbat ℔Rodulphus. ℔Illā mediū i demſratiōe potissima oz eē qd vnū. sed talis diffinitio aggregata non ē qd vnū. Cum subiectū ⁊ passio nō sint vnū essentialiter lz sint vnū in eē. Una eni diffinitio ē vnius diffiniti. Diffinitio āt subiecti bz vnū diffinitū. s. subm: ⁊ diffinitio passionis bz aliud diffinitū. s. passionē. Diffinitio aūt aggregata ex vtraqz bz vtrūqz diffinitū: sic non ē vna diffinitio. ¶℔Preterea ad hoc q aliqd sit mediū in demōstratiōe potissima sufficit q dicat cāz ꝓpter qd inherentie passionis ad subm. Sed sola diffinitio dicat cāz pp qd. cā enim pp qd ⁊ mediū sūt idē. ꝓbatio medie q: diffinitio subi si sit cōplexa dicit explicite cām ei⁹ ⁊ ꝓncipia. Sz ex eisdē ꝓncipiis ex qb⁹ ē subz bz cāri ꝓpria passio. ergo diffinitio passionis dicit cām passionis. Ad hoc ergo vt hēatur mediū in demſratione potissima nō oz hēre aliud q̄ diffinitionē subiecti. ℔Preterea idem ꝓfirmatur p pbz i ꝓio ⁊ scōo b⁹ q vult q diffinitio aggregata ex plurib⁹ diffinitionibus sit tota demonstratio sola pōne differēs. ℔Non ergo ē mediū i demōstratione potissima cū talis diffinitio q̄tū ad aliquā eius ptē sit mediata sbo: sine minori extremitatu. demſratio āt que ē simplr potissima ē simplicit ex imediatis. Sēz. ꝓbat idē tali rōne. ℔Illā talis diffinitio aggregata si dē mediū hoc ē ꝓpt hoc q dicit cām pp qd passionis. Sed tūc diffinitio dicit cāz pp qd passionis rōne illi⁹ ptis qua ꝓtinet diffinitōem subi. ergo si talis diffinitio aggregata ponat̄ eē mediū hoc ē rōne qua ponit̄ i ea diffinitio subi ⁊ nō rōne qua ꝓcludit diffinitionē passionis: ⁊ lz diffinitio subi nō sit maxime ꝓpria passioni q̄tū ad eius cēntialitatē. i. tā q̄ ꝓtinens cēntialr ad cēntiam ei⁹ tñ est maxie ei ꝓpa q̄tū ad cālitatē pp qd. Quia in diffinitiōe subiecti exp̄munt̄ cāe dicētes ꝓpter qd passionis que tñ i diffinitiōe passionis nō exp̄munt̄. q: lz ibi ponatur subm fm se ⁊ absolute q ē cā passionis nō tñ dic̄ cāz passionis ⁊ cā est qđ regrit̄ ad hoc q aliqd sit medium i demſratione potissima simplr. Diffinitio ēt aggregata si dicat qd ⁊ ꝓpter qd inherētie passionis rōne vn⁹ partis ei⁹ vz rōne diffinitiōis subiecti nō dicit qd ⁊ pp qd rōne alterius ptis. vz rōne diffinitiōis passionis. vñ non dicit ꝓpter qd rōne vtriusqz extremi sub rōe qua cā ē. Oē ēt ꝓpositū bz resolui i suas ptes ꝓponētes vnūqđqz eni resolvitur i ea ex qbus cōponit̄. ergo talis diffinitio aggregata ē resolubilis i diffinitōem subiecti: ⁊ p ꝓns non pōt eē medium i demſratione potissima. Cū talis nō sit resolubilis. ¶Considerādū ē finaliter q opinio pauli veneti quā hic recitat ē q tam diffinitio subiecti q̄ passionis est mediū in demſrando potissima: cui⁹ primā ptē relinquit ꝓbatā p rōnes. d. s. Secōam vō ptē ꝓbatā relingt p rationes ℔Egidij soluendo rōnes vtriusqz vz tam. d. s. q̄ ℔Egidij. Sed hec opinio cū ꝓbatione illius opinatoris ⁊ reꝓbatione destruit se ipam. ℔Illā rōnes ℔Egidij aut sūt vere ⁊ vex ꝓcludūt. aut nō. Si ꝓmū tunc nō sunt resolvende q: quod vex ē nō oz reꝓbari. Si 2ᵐ ergo ꝑdicta secōa ps predicte opinionis est falsa vz q mediuꝫ in demonstratione potissima est diffinitio passionis. Quia ille rōnes hoc concludunt. Silr rōnes. d. s. aut sunt vere ⁊ vex concludunt: aut non. Si ꝓmum ergo multi frustra student eas solvere. Si sēm ergo prima ps opinionis eiusdem est falsa. vz q diffinitio subiecti sit medium in demonstratione potissima. Cum tales rōnes hoc concludant. ⁊ lz vex sit q diffinitio passionis possit eē mediū in demſratione ꝓpter quid tñ non talis demſratio dicitur simpliciter potissima cum mediū eius possit demonſrari de subiecto ꝓclusionis per diffinitionē priorem vz per diffinitionem subiecti: vt ex dictis pz. ¶℔Ad ꝓmuz dōm q ꝑs loqtur de demonstratione ꝓpter quid: non tñ de simplr potissima de qua nunc fit disputatio. ¶℔Ad sēm dicēdū q lz subiectū nō sit primus terminus fm ordinez

subiscibilis ⁊ predicabilis ẽ tñ ꝑmus terminus ſm ordinem cognocibilis. Diffinitio enim ſubiecti que ponitur medium ī demonſtratione potiſſima ꝑmo ⁊ notiori modo conuenit ſubiecto ꝯ paſſioni que per eam demſtatur vl dõm ẽ vt alīq dñt ꝙ ſbm ly non ſit ꝑm⁹ termin⁹ ſm terminorũ poſitionẽ ẽ tñ ꝑmus termin⁹ ꝓioritate cãlitatis. Subiectũ. n. ẽ cã ptis. ſ. paſſionis ſed nõ econuerſo. ¶Ad 3m dõm ſicut ad ꝑmũ. ¶Ad 4.m dõm ꝙ in demſtatiõib⁹ mathematicis nõ patiſſimis demſtant paſſiones ſecũdarie ꝑ primas tñ prime paſſiones hñt demonſtrari de ſubo ꝑ diffinitiõem ſbi que dicit rõem: ꝓterea paſſio ẽt intrinſeca diffinitio eius ineſt ſubo. vñ diffinitio paſſionis ꝓie ẽ reſolubilis in diffinitiõem ſubiecti. q: pncipia ſbi que ꝓtinet diffinitio ei⁹ ſunt ei⁹ ꝑncipia ī genere cãe formalis: paſſionis vo in genere cãe efficientis. forma ãt ẽ rõ efficiẽdi ipi⁹ agentis: vt ꝓz 2o phyſicoꝝ. Vnde Albertus ibidẽ dicit ꝙ ſi cãe ordinent in rõne agendi. forma ꝑcedit ipm efficiens ⁊ ẽ quodãmodo cã ipi⁹ vt agat. Diffinitio ergo paſſionis ẽt cõpleta adhuc reſolubilis ẽ ī diffinitionẽ ſubiecti. vñ non põt eſſe mediũ ī demſtatiõe ſimplr potiſſima. ¶Ad 5m dõm ꝙ in demſtatione ſimplr potiſſima qõ dr ſimplr ꝑmuꝫ dꝫ hẽre qd ſbi ⁊ ꝙ qd paſſionis: ⁊ tale ẽ diffinitio ſubi ⁊ nõ diffinitio paſſionis. ¶Nec tale mediũ dr eẽ aggregatũ ex ꝑncipijs ſbi ⁊ ex ꝑncipijs paſſionis q: tale nõ ẽ ſimplr ꝑmũ. imo ipm qõ qd ẽ quod ꝑ ſe tꝫ ex pte paſſionis hꝫ cãm in ſbo. vñ ipa ſba ſiue qditas ẽ cã realis. i. cã per ſe ꝑma ipius paſſionis et diffinitiõis ei⁹. ¶Ad 6m ꝓz ſolo ex dictis demſtatio eniꝫ potiſſima dꝫ ꝓcedere ꝑ cãm ꝓpriã ⁊ ꝑmã. diffinitio aũt paſſionis capit cãm ꝓpriã ſed nõ ꝑmã. Diffinitio vo ſbi cãt cãm ꝑmã ⁊ ꝓpriã in quoꝫ enī genere cãe ẽ dabil' cã ꝓpria. vñ q̃uis ꝑncipia ītrinſeca paſſiõis ⁊ formalia ſint ꝓpria cã paſſionis in genere cãe formalis non tñ ſũt ꝑ⁹cã q: diffinitio ſbi ẽ cã ⁊ ꝓpa ipius paſſionis nõ qdẽ ī genere cãe formalis. ſꝫ ī genere cãe efficiẽtis ab eodẽ ẽt ſubiecto pñt ꝓcedere plures paſſiones ordie quodã tanquã a cã ꝓpa ⁊ adequata. ¶Ad 7m dõm ſicut ad ſcõm q: in demſtatione mediũ non oꝫ eẽ vere põe mediũ ſm ordinem ſubiſcibiliũ ⁊ ꝑdicabiliũ ſed ſufficit vt dcm̃ ẽ ꝙ mediet ĩter extrema vꝫ ĩter ſubm ⁊ paſſionẽ ī rõe notificatis ſic vꝫ ꝙ paſſio ꝑus dicat de eo ꝯ de ſubiecto ⁊ ꝙ ipſuꝫ medium notiori modo dicatur de ſubiecto ꝯ ipſa paſſio ¶Necꝫ ẽt ẽ verꝫ ꝙ medium demonſtratiõis potiſſime dꝫ eẽ poſterius ſubiecto. imo dꝫ eẽ ꝑus ⁊ noti⁹. ⁊ tale medium ẽ diffinitio ſubiecti ⁊ nõ diffinitio paſſionis. vñ diffinitio ſubiecti ſola ẽ medium ī demſtatiõe potiſſima ſimpliciter: ⁊ per hoc ꝓz ſolutio. ¶Ad 8m dõm ꝙ lꝫ diffinitio ⁊ ſbm eius ſint idẽ realr differunt tñ ſm rõnem ꝓp quã diſtinctiõem tollit negatio ⁊ petitio principij. Aliqd enim põt ꝓuenire notiori modo diffinitioni alicui⁹ ꝯ diffinito ⁊ econuerſo. ¶Ad 9m dõm ꝙ arm ꝓcedit loquẽdo de demſtatione ꝓpter qd. non tñ de demonſtratione ſimplr potiſſima de qua ẽ nunc ad ꝓpoſitum. ¶Ad vltimũ dicendũ ꝙ diffinitio ſubiecti ⁊ nõ diffinitio paſſiõis accipit cãꝫ ꝓpter qd paſſionis mãꝫtum cã ẽ explicite. q: ī ea exꝑmunt ꝑncipia eẽntialia ſubiecti rõne quoꝝ talis paſſio ineſt ſubo. iõ diffinitio ſbi dicit magis ꝓpter quid paſſionis ꝯ diffinitio paſſionis: dõm ergo vt .d.s. ⁊ lin coniẽſis ⁊ ¶Ra. ⁊ Albert⁹ aſſerunt diffinitõeꝫ ſubiecti eẽ medium ī demſtatione potiſſima ſimplr ⁊ nõ diffinitionẽ paſſionis. lꝫ Egidius ꝓbabilr oppoſituꝫ ſubſtineat p rõnes adductas que ſi ſint ꝓbabiles tñ non demonſtrãt vt ꝓz ī ſolutionib⁹ adductis ꝛ quas varie pñt adduci replice vt in ꝓblematib⁹ diffuſius ⁊ aptius diſputandũ ẽ.

Lec.2a ¶Queſtio 2a quõ diffinitio ⁊ quod quid eſt ſe habeant ad demſtatõem. et ẽ lectio 2a ſancti doctoris.

VIſo Qualiter diffinitio ſe habeat ad demonſtratõem diſputatiue ⁊ ꝓbabiliter ꝓcedendo opꝫ inſuper diligẽter conſiderare qualiter medium in demonſtratione nobis innoteſcat. Circa qõ duplex occurrit conſideratio. ¶Primo conſiderandum eſt diſputatiue qualiter ipſum quod quid eſt ſe habet ad demonſtrationem. ſcõo vero qualiter ſe habet ad demonſtrationem determinatiue. hoc eſt veritatem demonſtrando. Et hoc ẽ in tertio tractatu ibi. (Verum autem ſpeculandum eſt ⁊ c̃.) Quia ſignuꝫ in ꝯtũ hmõi precedit ſignatum vel ſignificatum. Diffinitio ſignificat ipſum qõ quid eſt. Circa ꝑmum duplex occurrit conſideratio. Vnaꝫ primo conſiderãdũ ẽ quare diffinitio ſe habet ad demonſtrationem. ſcõo vo conſiderãdũ eſt quare ipſum quod quid eſt ſe hẽt ad demonſtrationem diſputatiue: vt dictum eſt. ⁊ hoc in 2o ⁊ ſequentibus capitulis hꝰ tractatus ibi (Ipſius autem quod qd eſt ⁊ c̃.) Circa primum duo occurrunt. primo vtrũ oĩuꝫ quorum eſt demonſtratio ſit diffinitio ⁊ econuerſo. ſcõo vtr vniuſ ⁊ einsdẽ poſſit eſſe demonſtratio ⁊ diffinitio. ¶Sequitur inſ põo ⁊ in ſancto doctore (Quomõ aũt quod quid eſt demonſtretur).

¶Articulus primus.

a ¶Primum ſic ꝓceditur. Videt ꝙ omnium quorum ẽ demonſtratio ſic diffinitio ⁊ econuerſo. naꝫ omnium quorum eſt demonſtratio ẽ mediũ demonſtrationis. ¶Non enim poteſt eẽ aliqua demõſtratio alicuius ſine medio. ſed medium demonſtratiõis vt oſtenſum eſt dr ipſa diffinitio ſubiecti ſiue paſſionis. ergo oĩum quorũ eſt demõſtratio ẽ diffinitio. 2m. ¶Preterea quicquid habet diffinitionem poteſt habere aliqd quod per talem diffinitionem de eo poſſit demonſtrari Cum diffinitio ſit medium in demonſtratione vt dcm̃ ẽ. igitur idem quod prius. ¶Sed cõtra ẽ ꝓbus in preſenti capitulo ibi (Quomodo quod quid ẽ oñditur ⁊ c̃.) ¶Rñ dicendũ ꝙ iſte eſt ſecũd⁹ tractatus hꝰ ſecũdi libri in quo ꝓbus oñdit quomodo diffinitio ⁊ ipm quod quid eſt ſe habent ad demonſtrationem diſputatiue ſiue ꝓbabiliter: qui qdem tractatus continet in ſe quinq; capitula ſm quinq; lec. d.s. In primo cap⁰ oſtendit ꝓbs q̃re ipa diffinitio q̃ ẽ ipi⁹ qõ qd ẽ ſignificatiua ſe hꝫ ad demſtationẽ. In 2o ãt cap⁰ ibi (Ipi⁹ ãt qõ qd ẽ ⁊ c̃) Oñdit ꝓbs quare ipm quod quid eſt. non poteſt demõſtrari de eo cuius eſt per terminos conuertibiles. In 3o vo capitulo ibi (At idem negꝫ per demõſtrationẽ ⁊ c̃.) Oſtendit ipꝫ quod qd ẽ nõ põt demſtari de eo cui⁹ ẽ per viã diuiſiõis. In 4o capitulo ibi (Et vtr ſit demſtabile ⁊ c̃) Oñdit philoſophus quare ipm quod quid eſt. non poteſt demõſtrari de eo cuius ẽ per quaſdam rõnes ꝓprias accipiendo ea que pertinent ad ipm quod quid ẽ. Sed ī quinto ⁊ vltimo capitulo ibi. (Amplius quomõ demonſtrabit ⁊ c̃.) ¶Ihs oſtendit ꝙ ipm quod quid ẽ nõ poteſt demõſtrari de eo cui⁹ eſt per rationes cões. In primo vo capitulo ponũtur tres concluſiones ꝓbiles per quas ſolvuntur tres queſtiones hꝰ mote a ꝓbo ꝓncipaliter. Quarum concluſionũ prima eſt. ꝙ non omnium quorum ẽ demõſtratio eſt diffinitio. 2a ꝙ non omnium quorũ ẽ diffinitio ẽ demonſtratio. 3a vo cõcluſio de qua in ſequenti articlo videbitur eſt ꝙ vni⁹ ⁊ eiuſdem non põt eẽ diffinitio ⁊ demonſtratio. Eſt ergo prima concluſio. ¶Non oĩum quorum ẽ demonſtratio ẽ diffinitio que ꝓbatur quatuor rationibus ꝓbi. ¶Prima ratio talis ẽ. Que pertinet ad diffinitionẽ vniuerſaliter ⁊ affirmatiue ꝑdicantur de his quorum ẽ diffinitio ſed non omnia que ad demonſtrationeꝫ pertinent vniuerſaliter ⁊ affirmatiue predicãtur de his quorum ẽ demonſtratio. Cum alique ſint demonſtrationes negatiue. vt puta in ſecũda figura ⁊ alique particulares. vꝫ in tertia figura. ergo non oĩum quorum eſt demonſtratio e diffinitio. ¶Probatio maioris. ¶Nam diffinitio ẽ indicatiua eius quod quid eſt. oẽ antez quod ꝓtinet ad quod quid ẽ ꝑdicatur vniuerſaliter ⁊ affirmatiue de eo cuius ẽ: vt clarius in 7o methaphyſice ꝓbatur. ergo ẽt omnia que ad diffinitionẽm pertinet vniuerſaliter ⁊ affirmatiue predicantur de eo cuius ſunt: vt etiam infra in hoc ſecũdo philoſoph⁹ deducit. Sed iſtabat diſcipulus. ¶Nam quorum ẽ ſcientia eorum ẽ demonſtratio. cũ ſcientia vt ſupra dictum ẽ ſit effectus demonſtrationis ſꝫ

particularium non ē scientia. vt supra in primo hᵒ concessum ē. ergo particularium non ē demonstratio in conuenientis. ergo dictum ē in hac ratione. prima q̄ alique sūt demonstrationes particulares. Dicendum ē secūdum Egidium q̄ licet scientia per se solum sit vniuersaliū potest tñ esse particularium inq̄ntum vniuersalia possūt ad particularia applicari. ⁊D edicus enim per scientiaz quā hz de vniuersali applicando suam scientiam ad particularem hominem sanat egrotum particularez. similiteret demonstratio licet per se ⁊ directe sit vniuersaliū pōt tñ esse de particularibus inq̄ntum vniuersalia ad pticularia possunt applicari. hz ⁊ scientia ⁊ demonstratio non sit nisi vniuersaliū accipiendo vniuersale posterioristice ⁊ hoc per se loquendo: potest tamen eē non vniuersaliū prioristice loquendo. i. aliqua conclusio potest demonstrari que non est vniuersalis. Cum quelz conclusio demonstrationis non sit vniuersalis. Unde supra declaratum ē q̄ aliqua ē demōstratio pticularis ⁊ aliqua vniuersalis. Si tñ absolute loq̄mur de vlī nihil refert tam prioristice q̄z posterioristice loquēdo: sciam ⁊ demōstrationem eē tam vlīum q̄z particularium modo supra exposito. 2ª rō ē talis. Demōstrabilia sciuntur per demonstratiōem scire enim aliquid demonstratiue nihil aliud ē q̄z demōstrationem hēre. Sed diffinibilia sciūt̄ p diffinitionem. ergo demonstrabilia non sunt diffinibilia. ⁊ per consequens non omnium quorum ē demonstratio ē diffinitio etiam solū vniuersaliter ⁊ affirmatiue loquendo. pz consequentia. quia vnius scibilis ē solum vnius potissimus modus sciēdi: potest etiam hec ratio aliter formari. ⁊Nam si omniz quorum ē demonstratio esset diffinitio sequeretur q̄ aliquis non habens demonstrationes: sciret ea quorum ē demonstratio: ꝯsequens ē falsum: pz consequentia. quia illa que habent diffinitionem sciūtur per diffinitiōem. sed nihil ꝓhibet aliquem habentem diffinitionem non sil'habere demōstrationem q̄z quis diffinitio sit demōstrationis principium. ⁊Non enim quicunq̄ cognouit p̄ncipia scit ea demonstrando ad conclusionem reducere. falsitas autem ꝯsequentis sic pz. Quia scire ea quorum ē demōstratio nō est nisi demōstrationem habere: vt in primo huius deductum ē. 3ª ratio ē talis. ⁊Nam demōstratio concludit aliquid alteri inesse per se. vt in primo declaratum ē. sed eius q̄ ē per se nunquā dedit aliquis diffinitionez. ergo nō oīuz quorum ē demōstratio ē diffinitio. ⁊Hoc ē idem ꝑm idē non potest sciri per demonstrationem. Sed instabat discipulus. ⁊Nam 7º methaphysice ꝓbatur q̄ accidentiū per se tātuz ē diffinitio. ergo ratio supponit falsum. Dicenduz q̄ licz accidentiū per se sit diffinitio tamē eius q̄ ē in esse per se q̄ demōstratio excludit. cum sit complexum nunq̄z aliquis ōdit diffinitionem: vt hic deducit docto. san. 4ª ratio talis ē. ⁊Nam diffinitio ē notificatio ipsius substātie. Substātia enim p̄ncipaliter diffinitur. Accidens vō per posterius vz per additamentum vt in prima diuine ꝓbe disputatum ē. sed demōstratio ē notificatio p̄ncipaliter ipsius accidentis ⁊ si aliqua ipsius ſbe sit: non tñ erit ipsius ſbe per modum ſbe designate: sed per modum accidētis vz ꝑm inesse aliquid alicui. igitur non omnium quorū ē demōstratio ē diffinitio. hoc ē vt dicit hic ⁊ Inconuenies q̄ non omne scitur per diffinitionez quod scitur per demōstrationem p̄sertim cum diffinitio faciat scire rem incompleram. Demōstratio vō rationem complerā. vñ idē ꝑm non ē diffinibile ac demōstrabile. Cum diffinitio non sit idem q̄ demōstratio. Quia diffinitio indicat essentiam rei: non autem demōstratio sed magis inherentiam. ¶ ꝓpter ampliorē declaratione precedentium considerandū ē q̄ ꝑm Egidium q̄ demōstratio ē quoddam organum ipsius intellectus ducens ipsum ad qualēcunq̄ scientiam. Sic ergo se habent vniuersale ⁊ particulare ad intellectū: ita se habent ad demōstrationem ꝓportionabiliter loquendo. ⁊Manifestum ē autem q̄ per se ⁊ directe loquendo intellectus intelligit vniuersale: cum vniuersale ꝑm scholā sit obiectuz intellectus. In sensu diuiso loquendo potest tñ intellectus intelligere particulare. non quidem primo ⁊ directe. Sed per reflexionem quandam applicādo se sensui sic directe: ⁊ per se loquendo demonstrabitur vl'e ꝯPotest tamē talis demōstratio vniuersalis applicari ad aliquid particulare. ¶ Considerandum est vlterius ꝑm eundem ibidem q̄ non necesse est habere simul diffinitionem ⁊ demonstrationem. ergo diffinitio non ē demōstratio: ⁊ per consequens diffinibile non est idem q̄ demonstrabile. Conueniunt autē in hoc diffinitio ⁊ demōstratio: quia quelibet recipit ea que sunt per se ⁊ quia ea que ad inuicem habent habitudinem per se sic se habent q̄ vnum verificatur de alio. ⁊Si eēt habitudo per se ipsi⁹ diffinibilis ⁊ demonstrabilis diffinitio esset demonstratio quod est falsum. igitur licz non sit inconueniens idem ꝑm aliud ⁊ aliud eē diffinibile ⁊ demōstrabile tamē inconueniens ē idem ꝑm idē ⁊ per se esse diffinibile ⁊ demonstrabile. Secūda conclusio vt dicebatur est talis. ⁊Non omnium quorum est diffinitio est demonstratio que ꝓbatur a ꝓbo duabus rationibus: quarum prima est talis. ⁊Nā vni⁹ inquātū vnuz non potest esse nisi vnus modus sciendi: sed demonstrabile vere scitur per demōstrationem diffinibile ⁊ per diffinitōz. Si gº quodlibz diffinibile eēt demonstrabile. Sequeretur q̄ habens diffinitionē sciret aliquid demonstrabile absq̄ hoc q̄ haberet demonstrationem quod est inconueniens. hec fuit secūda conclusio superius adducta. Secūda ratio talis est. p̄ncipia demōstrationis non possunt demōstrari inq̄ntum hmōi aliter p̄ncipioz esset p̄n⁹: hz vt supra ī pº hᵒ dem̄ ē diffōes sūt p̄n⁹ demonstrationis. ergo demōstratio non est diffinitio. neq̄z demonstrabile ē idem diffinibile. ⁊ per consequens non oīum quorum ē diffinitio ē demonstratio. Sed instabat discipulus. ⁊Nam hz diffinitiones sint indemōstrabiles tāq̄z p̄ncipia quedam demōstrationis in demōstrabilia non tamē ꝓpter hoc sequitur q̄ diffinibile non sit demōstrabile. non enim diffinibile ē medium demōstrationis licz diffinitio sit medium eius: ꝓdicta ratio non videtur esse alteri⁹ valoris. Dicendum q̄ quia diffinitio est medium demonstrationis ⁊ non ipsa demonstratio: ex consequenti sequitur q̄ diffinibile non sit demōstrabile neq̄z ecōuerso ꝑm idem. vt declaratum est. ¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis.

¶ Sequitur in ꝓbo ⁊ in sancto doctore (Deinde cuz dicit. Sed vtrum ⁊c.)

¶ Articulus secundus.

D secundum sic ꝓceditur. Videtur q̄ 8 vnius et eiusdem possit esse diffinitio ⁊ demonstratio. ⁊Nam ꝓprie loquendo ꝓprium passio est demōstrabilis de suo subiecto: vt supra concessum est. sed quelibet talis est diffinibilis. vt pz̄ō 7. methaphysice. igit̄ vni⁹ ⁊ eiusdez potest esse diffinitio ⁊ demōstratio. quia passio a se ipsa non distinguitur. 2ᵐ. ¶ Preterea eclypsis demonstratur de luna: ⁊ tamen distinguitur per priuationem luminis in luna per obiectionem terre. igitur ⁊c. ¶ Sed contra est ꝓbūs in littera ibi (Utrum autem ⁊ cetera.) ¶ Respondeo dicendum q̄ tertia conclusio huius capitulī per quam soluitur tertia questio a philosopho mota in littera est talis q̄ vnius ⁊ eiusdem ꝑm idem nō ē diffinitio ⁊ demonstratio. Que conclusio ꝓbatur ꝑm doctorem sanctum tribus rationibus philosophi. Quaruz prima est ista. ⁊Nam diffinitio ē manifestatiua eius quod quid est ⁊ substantie siue essentie cuiuslibet rei vt clarius patebit septimo methaphysice. sed demōstrationes hoc non demonstrant: sed supponunt vt in capite huius libri

ostensum est quēadmodum patet in mathematicis demonstrationibus. Nam arithmetice demonstrationes supponunt quid est vnitas ⁊ quid est par: ⁊ similiter est in alijs demonstrationibus. ergo vnius ⁊ eiusdē non est demōstratio ⁊ diffinitio nisi tm̄ hmōi. Secūda ratio ē ista. Omne diffinibile scitur fm se ⁊ simpliciter ē scitum ꝑt ē incomplexum. Demonstrabile autem non ē complexū. sed vnum non ē aliud. ergo diffinibile non ē demonstrabile neq; econuerso. Preterea diffinitio dicit quid ⁊ demonstratio dicit quia. Sed quid non est quia: igitur ad idem. Nam in eo quod per demonstrationem ostenditur predicatur aliquid de aliquo affirmatiue si sit demonstratio affirmatiua vel negatiua. Si sit demonstratio negatiua. sed in diffinitione non predicatur aliquid de aliquo vt patet in hac diffinitiōe hominis. animal bipes. Animal non predicatur de bipede neq; econuerso. Genus enim non predicatur de differentia neq; econuerso in eo quod quid per modum predicandi qui requiritur ad ea que ad diffinitionem pertinent vt infra patebit ⁊ vt in septimo metaphysice ostenditur ergo ⁊c̄. Tertia ratio est talis. Nam aliud est manifestare ipsum quod quid est. ⁊ ipsum quia vt in principio huius secundi ostē sum est. sed diffinitio ostendit de aliquo quid est. Demonstratio vero ostendit quia passionis de subiecto vt etiam ex supradictis patet: ergo vnius ⁊ eiusdem nō est demonstratio ⁊ diffinitio. ¶ Pro ampliori declaratione precedentium considerandum est primo. Quod vnius ⁊ eiusdem posse esse diffinitionem ⁊ demonstrationem potest intelligi dupliciter. Uno modo in sensu diuiso siue materialiter loquendo videlicet de eo quod est difficile ⁊ demonstrabile. Sic vnius ⁊ eiusdem potest esse demonstratio ⁊ diffinitio vt argumenta articuli volunt. Alio modo in sensu composito siue formaliter loquendo de eo quod diffinitur inquātum diffinitur ⁊ de eo quod demonstratur inquātum demonstratur: ⁊ isto modo vnius ⁊ eiusdem non potest esse diffinitio ⁊ demonstratio fm idem vt rationes philosophi volūt. Alia est enim notificatio demonstratiua ⁊ alia affirmatiua. Cum prima sit complexorum ⁊ secunda incomplexorum idem enim simpliciter ⁊ fm se sumptum est difficile. cōiunctum vō alteri. i. faciens cum eo propositionem est demonstrabile eiusdem: ergo inquātum huiusmodi fm idem non est diffinitio ⁊ demonstratio. ¶ Considerandum est vlterius fm Rodulphum britonem in presenti passu q̄ diffinitio ⁊ demōstratio sumendo proprie diffinitionem ⁊ demonstrationem non sunt eiusdem vt patet septimo metaphysice. Solius substantie proprie loquendo est diffinitio. accidentis vō non proprie sed per additamentum. Accidentis vō proprie est demonstratio ⁊ non ipsius substantie per modum substantie designate. Sed vnius ⁊ eiusdem potest esse diffinitio ⁊ demonstratio improprie loquendo non tamen fm idem. i. eiusdem quia ipsius passionis est demonstratio. ⁊ eius est diffinitio non perfecta sed imperfecta siue improprie dicta aut non principaliter ⁊ primo. sed per additamentum non tamen eodem modo eius est diffinitio ⁊ demonstratio quia demonstratio est ipsius passionis in ordine ad subiectum ⁊ eius est diffinitio fm se ⁊ absolute. hec ille formaliter. ¶ Considerandū est vlterius fm eundem q̄ alicuius potest esse demōstratio dupliciter. Uno modo potest esse alicuius tanquā eius per quod aliquid demonstratur. ⁊ hoc modo principium demonstrationis quod est diffinitio vt supra ostensum est dicitur esse demonstratio. vnde tale cuius est illo modo demonstratio non potest demonstrari inquantum huiusmodi quia principij non est principium: neq; diffinitionis diffinitio. Alio modo dicitur alicuius esse demonstratio tāquam eius quod demonstratur. ⁊ illo modo eius cuius est demonstratio est etiam diffinitio ꝫ non eodem modo vt declaratum est. ¶ Considerandum est vlterius pro declaratione scōe rationis p̄dicte fm Egidium q̄ genus nō predicatur de differentia per se in eo quod quid nisi inquātū differentia implicat. speciem autē nihil accipiendo genus vt est contractū ad speciem quēadmodum satis declaratum est in prima prime sūme philosophie libro tertio. Linconiensis vō subiungit q̄ vna pars diffinitionis non predicatur de alia neq; tota diffinitio de diffinito. Sed cōtra hoc instabat discipulus. Nam vt in p̄senti libro infra vult philosophus ⁊ septimo metaphysice quelibet pars diffinitionis. ⁊ ipsa etiaz tota diffinitio debet predicari in quid de diffinito: ergo satis extraneuz videtur hoc quod adductum est. Dicendū q̄ diffinitio potest accipi dupliciter. vt hic innuit Linconiensis. Uno modo substātialiter ⁊ isto modo p̄dicat de diffinito etiā per se ⁊ essentialiter vt in primo libro declaratū est cum de modis perscitatis ageretur. Alio modo potest accipi ipsa diffinitio diffinitiue: ⁊ illo modo diffinitionez predicari de diffinito potest intelligi dupliciter. Uno modo accipiendo predicationē per se ⁊ absolute: ⁊ illo modo nō refert diffinitionem predicari de diffinito. Alio modo accipiendo diffinitionem manifestissime siue enunciatiue. ⁊ isto modo diffinitio diffinitiue sumpta non predicatur de diffinito quia ipsius diffinitionis est solum manifestare siue notificare essentiam diffiniti ⁊ non q̄ diffinitio sit aliquid aliud quod tamen pertinet ad predicationem q̄ de ratione predicationis modo iam exposito est ostendere. hoc est hoc ostensiue: ergo sic manifestatiue accipiendo diffinitionem ⁊ predicationem diffinitio non predicatur de diffinito. ꝫ secus sit vtrūq; fm se ⁊ absolute accipiendo. ¶ Cōsiderandū est vlterius q̄ Egidius adducit quartam rationem fm philosophum ad probandum predictam conclusionem: quā rationem adducit esse talem. Nam alterius rei est altera demonstratio. i. manifestatio vel declaratio nihil illa duo sic se habent vt totuz ⁊ pars q̄ tunc vna ⁊ eadem esset demōstratio de vtro q̄. Sicut cum demonstratur cum omnis triangulus habet tres ⁊c̄. i. simul demonstratur vt ostensuz est de isoscele qui se habet ad triangulum sicut pars ad totū. Sed quia est ⁊ quid est sunt diuersa. ⁊ vnū non est pars alterius: ergo quia est ⁊ quid est non per idem declarabit. Sed quid est declaratur per diffinitionem: Quia est vō per demonstrationem: ergo vnius ⁊ eiusdez nō est diffinitio ⁊ demonstratio. Sed fm doctorem sanctum hec ratio non est probatiua directe predicte conclusionis. sed est probatio maioris tertie rationis supradicte eiusdem conclusionis vt patet clare diligenter verba ⁊ processum philosophi consideranti. ¶ Considerandus est vlterius fm Linconiensem ⁊ alios doctores q̄ dupler est pars. videlicet pars subiectiua ⁊ pars itegralis. philosophus autem hic loquitur de parte subiectiua non autem integrali. Si enim: vt adducit hic Egidius: aliqua duo sic se habent ad inuicem q̄ vnius est pars integralis alterius ⁊ aliud totum. non oportet q̄ passio que demonstratur inesse toti propter hoc demonstratur inesse tali parti sicut habere tres angulos conuenit triangulo: non tamen conuenit linee que est pars trianguli. Sed quando duo sic se habent q̄ vna est pars subiectiua alterius quando aliqua demonstratur inesse toti. simul demōstratur inesse parti quēadmodum exemplificatum est non tamen eodem modo: quia talis passio demonstratur de toto per se primo de parte non subiectiua per se secundo vt in primo huius declaratum est. Ex predictis patet primo q̄ ipsum quod quid est quod manifestat diffinitio non est pars ipsius quia est quod manifestat demonstratio. Ex quo sequit q̄ diffinitio non est demonstratio. neq; pars eius loquendo de parte subiectiua vt dictum est. Diffinitio enim cum sit mediū demōstrationis vt supradictuz est bene est ps integralis ipsius demōstrationis ꝫ nō est ps subiectiua eius. Patet 2° triplex solo p tres p̄dictas p̄clusiones ad tres principales questiones motas a pho

in littera ⁊ hoc mō oppositio vt dicit hic pb̄s aut ꝓcessus oppositiuus in ꝓposito in quo ad plenū nō determinatur vitas. ☞ Odicū enīz est scire de diffinitione. Scire qō non est eoꝝ quoꝝ est demōstratio. ⁊ scire ꝙ diffinitio nō est demōstratio neqz ps eius subiectiua. vñ epi logando pb̄s in fine huius capl̄i dicit vsqz huc ꝓcessum esse opponēdo. ☞ Patet 3° ex p̄dictis solutio cuiusdā questionis a pb̄o introducte incidēter inter alia que est vtrū diffinitio sit demōstratio vel ps eius. ☜ Ad argumenta vō patet solutio ex dictis supra.

Lec. 3ª. ☜ Questio. 3ª. qūo qō quid est se habeat ad demōstrationem. ⁊ est lectio. 3ª. sancti doctoris.

r **Estat** vlterius cōsiderandū ēre ipm qō quid est se habeat ad demōstrationē. ☜ Circa qō quattuor occurrūt ꝓsideranda. ☞ Ā p° considerandus est qualiter ipm qō quid est se habeat ad demonstrationē fm termi nos cōuertibiles aut reduplicationem. ☜ Sēdo considerandum est quare ipm qō quid est se habeat ad demonstrationē fm viam diuisionis. ☜ Tertio considerandus est quare se habeat ad demonstrationē q̄tum ad ea que pertinent ad ipm qō quid est. ☜ Quarto vō cōsiderandum est quare se habeat ad demonstrationē ipm qō qd est q̄tum ad ea que cōmuniter pertinent ad ipm qō qd est ⁊c̄. ☜ Circa p̄m queruntur duo. ☜ ☞ Primo vtrū sup positiones quas addūcit philosophus in p̄senti passu ad ostendendū propositū sint sufficiēter posite. ☜ Secūdo vtrū qō quid est qō significat vel diffinitio vel est signum catum diffinitionis possit demōstrari de eo cuius est per terminos conuertibiles.

☜ Sequit̄ in philosopho ⁊ in sancto doctore. (Ipsius autem quod quid est.)

☜ Articulus primus.

a **D primus** sic procedit. Videt ꝙ suppositōes quas philosophus in hoc capl̄o supponit non sint conuenienter assignate. ☞ Ā syllogismus sophysticus est syllogismus sed talis nō probat aliquid de aliquo p̄sertim syllogismus sophysticus peccans fm fallaciam petitionis principij. ergo p̄ª suppositio philosophi est insufficiens. Sed dicebat discipulus ꝙ syllogism⁹ sophysticus est syllogismus apparens ⁊ nō verus de quo philosophus loquitur. ☜ Secundū. cōtra syllogismus simpliciter est syllogismus verus vt patet p° prior. sed talis non probat aliquid de aliquo cū sit syllogismus non contractus ad materiā: ergo argumentū remanet in suo robore. ☜ Tertiū. preterea quattuor sunt ꝓditiones bone diffinitionis vt in sūmulis declaratum est vt patet per Albertū magnū in predicationibus: ergo male hic in 2ª suppositione philosophus premittit duas esse conditiones ipsius qō quid est quod est significatus diffinitionis ergo ⁊c̄. ☜ Sed cōtra est philosophus in presenti capitulo ibi. (Ipsius aūt qō quid est ⁊c̄.) ☜ Rñ. dicendus ꝙ istud est secundū capitulum huius secundi tractatus in quo philosophus volens ostēdere ꝙ ipm qō quid est. non potest demonstrari de eo cuius est: siue syllogistice ostendi de eo cuius est in eo qō qd est per terminos cōuertibiles ꝓposita vna q̄stione premittit duas suppositiones inferendo vnā conclusionē de qua in sequenti articulo videbitur. Questio autez quā mouet philosophus in capite capituli est vtrū possit esse syllogismus aut demonstratio eius qō quid est ita vz ꝙ concludat̄ hoc esse qō quid est illius. vel vtrū hoc sit impossibile. Signāter aūt querit philosophus vtrū ipsius qō quid est sit syllogismus aut demōstratio vt dicit hic. d. s. quia quedam subsequentium rationum concludunt ꝙ eius qō quid est non sit demōstratio. quedam vō ꝙ eius non sit omnino syllogismus. hac questione ꝓposita philosophus duo presupponit quoꝝ ☞ primū pertinet ad syllogismum vz ꝙ omnis syllogismus ꝓbat aliqd de aliquo per aliquod medium vt ex supradictis patet. Secundū vō quod supponit pertinet ad ipm quod quid est. per syllogismū probandum vz ꝙ due conditiones requiruntur ad ipm qō quid est quar̄ ☞ prima est ꝙ idem quod quid est sit proprium eius cuius est. qz quelibet res habet propriā essentiam siue quiditatem. Secunda cōditio est ꝙ predicetur in quid de eo cuius est qz non omne quod est proprium alicui pertinet ad essentiam eius. Sicut risibile non est de essentia hominis lz ei sit proprium ⁊ per se cōcomitetur essentiā eius. Ex quibus conditionibus vt dicit. d. s. necesse est ꝙ sequatur vna tertia vz ꝙ ipm qō quid est sit conuertibile cū eo cuius est. Sed hec cōditio vt dicit hic Egidius non est alia a prima. quia idem est esse proprium ⁊ cōuertibile. i. conuertibiliter predicari. ☜ ☞ Pro cuius declaratione cōsiderandū est ꝙ proprium potest accipi dupliciter. Uno mō cōmuniter vz vt se extendit ad quattuor acceptiones suas a porphyrio in sūmulis positas: ⁊ isto modo nō idem est esse proprium ⁊ conuertibile quia esse grāmaticū dicitur esse proprium homini primo mō quia cōuenit soli homini ⁊ non omni: ⁊ tamen nō cōuertibiliter predicatur de homine. nō enīz omnis homo est grāmaticus. Alio modo accipitur proprium specialiter vz pro quarta acceptione eius fm ꝙ solū id dicitur proprium esse quod cōuenit omni: soli: ⁊ semper. ⁊ isto mō idem est fm rem ⁊ non fm rationē proprium ⁊ conuertibile esse. ☜ Consideranduz est vlterius fm Egidium in presenti capitulo ꝙ proprium acceptū pro eo ꝙ cōuenit omni soli ⁊ semp dicitur esse triplex vz. diffinitio differentia ⁊ per se passio propria. Diffinitio enim est quoddā ꝓprium dicens totum esse essentialiter per modū totius expressē. differentia propria est quoddā proprium non significans totuz expresse ipm representans: sed predicatur de toto essentialiter per modū partis diffinitionis lz predicetur per modum forme totius. Forma enim partis non predicatur de toto in recto. ☞ Propria passio dicit̄ quoddam proprium quod non dicit essentiā rei a priori ⁊ essentialiter sed emanat a propriis ⁊ essentialibus principijs speciei. Sed instabat discipulus. ☞ Nam philosophus in topicis diuisit proprium in duo membra dumtaxat videlicet in proprium ⁊ diffinitionem ergo insufficienter dictum est ꝙ duplex est proprium. Dicendum ꝙ quia differentia substantialis est pars diffinitionis philosophus sub diuisione comprehendit differentiam essentialem implicite. ☞ Preterea instabat idem. ☞ Nam accidens inseparabile dicitur accidens proprium vt patet in predicabilibus: ⁊ tamen non est aliquod predictorum ergo ⁊c̄. Dicendū ꝙ accidens inseparabile cōmune non est proprie loquendo aliquod proprium modo exposito acceptū quia non fluit a principijs essentialibus speciei. sed causatur a principijs individui vt patet de nigredine corui ⁊ albedine cigni. Iterū instabat idem discipulus. ☞ Naz vt patet septimo metaphysice. accidens non habet diffinitionem: ergo nō habet propriam quiditatem siue essentiam. Cum ipm quod quid est sit proprium significatum diffinitionis quod est cōtra predicta in secunda suppositione. Dicendū ꝙ lz accidens in proprio genere nō habeat propriā ⁊ perfectā diffinitionem habet tamen diffinitionem dataz per additamentū vt in prima secunde sūme diuine philosophie ad longū disputatū est. ☜ Ad primū igitur dicendum est ꝙ philosophus hic loquitur de syllogismo non contracto ad aliquā materiā particularem vel necessariā. vnde ratio non sequitur. ⁊ per hoc patet solutio. ☜ Ad secundū. ☜ Ad tertiū dicendum ꝙ tres conditiones bone diffinitionis ab Alberto in predicationibus posite implicite cōtinentur in predictis trib⁹ conditionibus que hic a philosopho introducuntur.

☜ Sequitur in philosopo ⁊ in sancto doctore. (Syllogismus quidem.)

☜ Articulus secundus.

a **D secundus** sic p̄ceditur. Videt ꝙ ipsum qō qd est possit demōstrari de eo cuius est ⁊c̄. per terminos conuertibiles. ☞ Nam diffinitio vna potest demonstrari de diffinito per diffinitionem

aliam vt patet in p° huius vbi phs demonstrat secundā demonstrationē diffinitionis per primā. demōstrat. n. in 2° de anima vnā diffinitionem anime per animā vt clare ibidem patet: ergo ipm q quid est cū sit significatū diffinitionis pōt demōstrari de cuius est. ¶ Secūdū. pter ea aliq̄ est diffinitio que est tota demōratio sola positione terminoz differēs vt ex supradictis patet: ergo diffinitio vna pōt demōstrari de diffinito. ⁊ p phs idē q primus sic cū demonstratio ꝓcedat ex vlibus. i. ex adequatis vt in primo huius declarat̄ procedit ex quertibilibus sic ipm q qd est potest demōstrari de eo cuius est p terminos quertibiles. ¶ Tertiū. preterea qcqd habet causaz pōt demōstrari p causam cū demōstratio ꝓcedat ex causis sed omne q qd est creature habet cām. Luz sit creatura q̄dam aliter esset creatoz: qz qcqd est aut est creatura vel creatoz ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra est phs in p̄senti capitulo vbi supra. ¶ Rñ. dicendū q ipm q quid est demōstrari de eo cuius est pōt intelligi tripliciter. Uno mō absolute. Alio mō cū reduplicatione quadā vz in eo q quid ē. Primo mō bene potest demōstrari ipm q quid est de eo cuius est vt volunt̄ argumenta in obiectionibus adducta. Sed scōo mō ipm q quid est non potest demonstrari de eo cuius est vz in eo q quid est. Qō sic ꝓbatur fm phm tali rōne. Nā si sic posset demonstrari siue syllogistice ostendi. Aut hoc esset per syllogismū reduplicatiuum aut per syllogismū diuisiuū vel per syllogismum diffinitiuū qz non videtur esse alius syllogismus qui habeat magnā apparentiam q posset cōcludere hanc esse diffinitionē huius diffinit: sed nullum illoz est dicendus q ipm q quid est non potest demonstrari siue ostendi de eo cuius est siue diffinitio de diffinito in eo q quid ē. probatio minoris. Nam q nō possit demōstrari p syllogismum diuisiuū aut diffinitiuum in sequentibus probabitur. Qō vo non possit demonstrari per syllogismum reduplicatiuū probat phs. s. duo supponendo. Quoruz p^m est q ad ostendendum ipm q quid est. de eo cuius est. in eo q quid est per qualemcūq; syllogismū requiritur p°. q p^m. s. A. i. maioz extremitas sit proprium medio qō est. B. ⁊ q medium. B. sit proprium. C. i. minoz extremitati: qz si maioz extremitas excedat mediuz qō vniuersaliter predicatur de minoz extremitate a fortiori vniuersaliter predicabit ipsa maioz extremitas de minoz extremitate ipsam excedens. sic ipm q quid est: qō est predicatū cōclusionis erit excedens si demōstrat de eo cuius est ⁊ per cōsequens non erit ibi proprīū: qō est contra primā suppositionē in precedenti articulo adductā. Relinquitur ergo Si aliquis syllogismus sit qui concludat ipm q quid est q oportet esse talem habitudinem terminoz eius vt omnes ad inuicem conuertantur fm q suppositū est ad concludendū ipm q quid est qō predicatur de eo cuius est in eo q quid est. requirit necessario q. A. i. maioz extremitas predicetur in eo q qd est de. B. i. de medio ⁊ q. B. i. mediuz predicetur de. C. i. de minoz extremitate in eo q quid est. qz si aliquis nō ita accipiat terminos obseruans. Nec duo vz q maioz extremitas predicetur in eo q quid est de medio. ⁊ mediū de minoz extremitate in eo q quid est. Non necessario sequitur q ipm q quid est insit ei cuius est in eo q quid est de eo cuius est qz necesse est maiorem extremitatez de medio ⁊ mediū de minoz extremitate in eo q quid est quertibiliter predicari. Quibus suppositis p bat phs q ipm q quid est non potest demōstrari de eo cuius est per syllogismū reduplicatiuū. Cum ista reduplicatione vz in eo q quid est siue etiā per terminos conuertibiles tali ratione ducente ad inconueniens. Nam si ipm q quid est debet demonstrari de eo cuius est in eo q quid est. Necessariū est q mediū sit proprioz minoz extremitati. ⁊ q de ipsa predicet̄ in eo q quid est ⁊ conuertibiliter vt patet per suppositiones hic adductas. Sz quicquid est proprīū alicui ⁊ de eo predicatur conuertibiliter in eo q quid est. dicitur q quid est eius: ergo medium erit q quid est minoris extremitatis. Sic supponetur q oporteret probare ⁊ per ꝓsequens cōmitteret fallacia petitionis principij: verbigratia. Sic qō quid est vel diffinitio hominis asal bipes. ⁊ id cuius est siue diffinitum homo. si oporteat per syllogismū probare q animal bipes sit q qd est hominis: necesse est q sumat̄ aliqō medium vt patet per suppositiones supra factas q sit q qd ē hominis: ⁊ si sic syllogizat accipit supponendo id quod oportebat ostendere vz medium. Sic q quid erat esse ipsius hominis. Aliud exemplum deducit phs de diffinitionibus duabus ipsius anime fm platonem. Quaz prima est. Anima est sibi causa viuendi. Altera ē numerus seipm mouens vt patet primo de anima. Si quis igitur velit probare qō est sibi causa viuendi est q qd est anime assumendo: assumendo pro medio q alia est numerus seipm mouēs. necesse est hoc petere ⁊ supponere vz q numerus seipm mouens q sit q quid est ipsius anime. ¶ Pro declaratione precedentiū considerandum est primo fm doctorē sanctū q Plato vt patet p° de anima posuit q numerus est substantia omnium rerum. Eo q non distingnebat inter vnū quod quertit cum ente qō significat eius essentiā de quo predicatur ⁊ vnū qō est principium numeri: ⁊ ita sequebat̄ q anime eēt substātia numerus sicut ⁊ quelibet alia res multa in se continens. Ponebat etiā Plato q viuere sit quoddā moueri. Viuens aūt duobus modis distinguitur a non viuente. s. sensu ⁊ motu vt patet p° de anima ⁊ ipm sentire siue cognoscere dicebat quoddā moueri. dicebat igr animā esse numerum mouens seipm ⁊ animaz esse sibi causa viuendi. hec ille. ¶ Cōsiderandū est vlterius fm phm hic q si aliquis non sic accipiat terminos vt p^m sit omnino vnū ⁊ idem de medio cōuertibiliter: ⁊ mediū vltimo. i. minoz extremitati non poterit syllogistice probari q maioz extremitas siue primus terminus sit q qd est siue essentia ipsius vltimi siue minoris extremitatis. Si vo accipiantur termini modo predicto sequitur q primus concludatur accipiatur maioz in premissis: q qd est ipsius minoris extremitatis que hypostasi stante est q quid est eius. Sic nō erit demonstratio sed petitio siue deceptio principij. ¶ Considerandū est vlterius fm Radulphū baconem q ipm qō quid est passionis pōt simpliciter demōstrari de subiecto: quia quando aliqua sunt eadem essentialiter ⁊ cōuertibiliter si vnum est demonstrabile ⁊ ita alterū. sed qō quid est passionis ⁊ passio sunt idem essentialiter ⁊ cōuertibiliter. Cū ergo passio sit demōstrabilis de subiecto sequit̄ q ipm qō quid est passionis pōt de eodem demonstrari: sed qō qd est subiecti. si sit perfecte datū omnes terminos comprehēdens non potest demōstrari vt patuit in primo huius. Sz diffinitio subiecti siue qō quid est eius est principiū immediatum demōstrationis vt supra declaratū est: ergo diffinitio subiecti perfecta ⁊ completa non potest demonstrari de aliquo sed bene diffinitio incōpleta vz que datur per vnā causam potest demōstrari per aliam diffinitionem que datur per aliā causaz materialiter loquendo: ⁊ nō in eo qō quid est modo exposito. ¶ Considerandus est vlterius fm Egidium ℔ q syllogismus diffinitiuus est syllogismus accipiens diffinitionez diffinitionis vt infra patebit. Syllogismus vo reduplicatiuus est syllogismus accipiens terminos cōuertibiles vt ex supradictis patet. Quid aūt sit syllogismus diuisiuus infra patebit. ¶ Considerandū est vlterius fm eundez ibidem q ratio quare si mediū conuertitur cū extremitatibus necesse est extremitates ad inuicē conuerti. Est ista quia cōuertu cū aliquo nihil aliud est q̄z esse equale illi. Nam illa que se inuicem non excedunt sunt conuertibilia ⁊ equalia. Constat autē q illa que vni ⁊ eidem sunt equalia inter se sunt equalia. Quia ergo idem est esse conuertibile ⁊ equale que vni ⁊ eidem sunt cōuertibilia inter se sunt equalia: ergo si mediū conuertitur cum extremitatibus extremitates inter se quertent̄. ⁊ per ꝓsequens oīa que ad demōstrationē requrunt̄ sunt inter se eq̄lia. ¶ Cōsiderādū ē vlterius q: aliq̄ mentio fit de syll'o reduplicatiuo

q̄ in reduplicatione attendenda sunt quattuor vz id qđ reduplicat: ⁊ tale est subiectū ⁊ non predicatū. Ꝯditio reduplicationis que est in p̄dicato cū dicat quēadmodū inherentie. Subiectū autem etiā importat inherentiaz. Sed predicatū cām reduplicationis sine inherentie importantis per reduplicationē que cā q̄renda est in subiecto ⁊ specificatio illius inherentie que est q̄renda in p̄dicato. ℟Reduplicatio ergo pōt ee alicuius q̄dupliꝛ. Uno modo pōt esse .i. qđ reduplicat ⁊ tale est subiectū. Alio modo pōt esse eius cuius est ꝓditio ⁊ tale est predicatū. Tertio mō pōt esse alicuius in quo reperit causa inherentie ⁊ tale est subiectū. Quarto mō in specificatione talis inherentie ⁊ tale est predicatū huius magis pertinēt ad primum priorum. ¶Ad argumenta vō patet solutio ex dictis.

Lec. 4ª. ¶Questio. 4ª. de qđ quid est qūo se habeat ad demōstrationē per viā diuisionis: ⁊ est lec. 4ª sancti doctoꝛis.

Et insup cōsiderandū in hoc capitulo ḡre ipm q̄ qd est possit demōstrative ostendi de eo cuius est per viā diuisionis. ¶Circa qđ queruntur duo. ℣Primo vtrū ipm q̄ qd est siue diffinito possit demonstrari de eo cuius est per viā diuisionis. Scō vtrū syllogisinus diuisiuus assimilet inductioni vt hic innuit philosophus.

¶Sequit in pho ⁊ in sancto doctoꝛe. (At vō neq̄ per diuisionē.)

¶Articulus primus.

